CAJO
CORNELIO TACITO

VOLGARIZZATO

DA

LODOVICO VALERIANI

VOLUME QUINTO

FIRENZE

PER IL MAGHERI

1819.

STORIE

DI

C. CORNELIO TACITO

Qua pompa Tacitus . . . .
Sidon. *in Paneg. ad Anth.*

C. CORNELII

TACITI

HISTORIARUM

LIBER QUINTUS

I. *Ejusdem anni principio Caesar Titus, perdomandae Judaeae delectus a patre, et privatis utriusque rebus militia clarus, majore tum vi famaque agebat, certantibus provinciarum et exercituum studiis. Atque ipse, ut super fortunam crederetur, decorum se promptumque in armis ostendebat, comitate et adloquiis officia provocans; ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, inconrupto ducis honore. Tres eum in Judaea legiones, quinta et decima et quintadecima, vetus Vespasiani miles, excepere. Tradidit et Syria duodecimam, et adductos Alexandria duoetvicesimanos tertianosque. Comitabantur viginti sociae cohortes, octo equitum alae: simul Agrippa Sohemusque, Reges, et auxilia regis Antiochi, validaque et solito inter adcolas odio infensa Judaeis Arabum manus: multi, quos urbe atque Italia sua quemque spes acciverat occupandi Principem adhuc vacuum. His cum copiis fines hostium ingressus, composito agmine, cuncta explorans; paratus-*

STORIE

DI

C. CORNELIO TACITO

LIBRO QUINTO

1. Nel principato dello stess'anno Cesare Tito scelto dal padre a soggiogar la Giudea, già chiaro in guerra nella privata loro fortuna [1], con più valore allora e con più gloria operava, gareggiando nell'onorarlo e le provincie e gli eserciti. Ed egli, per dichiararsi maggiore della fortuna, mostravasi leggiadro e pronto nell'armi, con la urbanità l'altrui benevolenza adescando, e per lo più meschiandosi, ne' travagli, nelle ordinanze, con il soldato gregario, senza invilire l'onore di capitano. Lo accolsero nella Giudea tre legioni, la quinta, la decima, e la quindicesima, antico esercito di Vespasiano. Diedegli ancor la Siria la dodicesima, e la terza e la diciottesima recatesi d' Alessandria. Lo accompagnavano venti coorti alleate, otto compagnie di cavalli; Agrippa insieme e Soemo, Re; e gli ajuti del Re Antioco; e gagliarda forza di Arabi, ed inimica, per l'odio solito fra'confinanti, a'Giudei; molti, di Roma e Italia chiamati dalla speranza d'impossessarsi dell'ancor libero Principe. Con tal esercito entrato nel territorio nemico, marciando in ordi-

que decernere, haud procul Hierosolymis castra facit.

2. *Sed, quia famosae urbis supremum diem tradituri sumus, congruens videtur primordia ejus aperire.* Judaeos, Creta insula profugos, novissima Libya insedisse, *memorant*, qua tempestate Saturnus, vi Jovis pulsus, cesserit regnis. *Argumentum e nomine petitur:* inclytum in Creta Idam montem, adcolas Idaeos, aucto in barbarum cognomento, Judaeos vocitari. *Quidam*, regnante Iside, exundantem per Aegyptum multitudinem, ducibus Hierosolymo ac Juda, proximas in terras exoneratam. *Plerique*, Aethiopum prolem, quos Rege Cepheo, metus atque odium mutare sedes perpulerit. *Sunt, qui tradant*, Assyrios convenas, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos, mox proprias urbes, Hebraeasque terras, et propiora Syriae coluisse. Clara *alii* Judaeorum initia: Solymos, carminibus Homeri celebratam gentem, conditam urbem Hierosolyma nomine suo fecisse.

3. *Plurimi auctores consentiunt*, orta per Aegyptum tabe, quae corpora foedaret, Regem Bocchorim, adito Hammonis oraculo, remedium petentem, *purgare regnum, et id genus hominum, ut invisum Deis, alias in terras avehere* jussum. Sic conquisitum conlectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrimas torpentibus, Mosen, unum exulum, monuisse, *ne quam Deorum hominumve opem expectarent utrinque deserti, sed sibimet ut Duci coelesti*

ne, tutto spiando, e apparecchiato a combattere, non lungi accampasi di Gerosolima.

2. Ma poichè siamo per raccontare l'eccidio di celebrata città [2], parmi a proposito dichiarare il suo nascimento. Narrano, *che i Giudei, fuggiti di Creta, occupassero l'estremità della Libia, allorchè Saturno, cacciato dalla potenza di Giove, depose il regno*. Si arguisce dal nome *del monte Ida, famoso in Creta, onde gli abitatori Idei, accresciutone il nome barbaramente, quindi Giudei s'appellassero*. Alcuni, *che soperchiando in Egitto il popolo, regnando Iside, guidato da Gerosolimo e Giuda, nelle vicine regioni si scaricasse*. Molti, *che sien progenie di Etiopi, a mutar cielo nella signoria di Cefeo sospinti dalla paura e dall' odio*. V' ha chi li narra *una congrega di Assirj, che, bisognosi di terre, parte di Egitto occupassero, e come proprie città abitassero l'Ebree regioni e le propinquità della Siria*. Altri, *d'origine più luminosa: che i Solimi, gente celebrata da Omero, l'edificata città chiamassero dal nome suo Gerosolima*.

3. I più consentono, *che, scoppiata una scabbiosa e pestifera infermità per l'Egitto, consultatosi dal Re Boccori Ammone come estirparla, l'oracolo gli ordinò di purgare il regno, e cacciare in altri paesi tal razza d'uomini siccome odiosa agli Dei. Così cercato e raccoltone l'intero numero, si lasciò ne' deserti. Là, consumandosi tutti in lagrime, Mosè uno degli esuli gli avvertì di non aspettare soccorso nè dagl' Iddii, nè dagli uomini; chè gli uni e gli altri gli*

crederent, primo cujus auxilio credentes, praesentes miserias pepulissent. Adsensere, atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. Sed nihil aeque, quam inopia aquae fatigabat. Jamque haud procul exitio, totis campis procubuerant, cum grex asinorum agrestium, e pastu in rupem, nemore opacam, concessit. Secutus Moses, conjectura herbidi soli, largas aquarum venas aperit. Id levamen: et continuum sex dierum iter emensi, septimo, pulsis cultoribus, obtinuere terras, in quibus urbs et templum dicata.

4. *Moses, quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus, contrariosque ceteris mortalibus, indidit. Profana illic omnia, quae apud nos sacra: rursum concessa apud illos, quae nobis incesta. Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, penetrali sacravere: caeso ariete, velut in contumeliam Hammonis. Bos quoque immolatur, quem Aegyptii Apin colunt. Sue abstinent, memoria cladis, quod ipsos scabies quondam turbaverat, cui id animal obnoxium. Longam olim famem crebris adhuc jejunis fatentur: et raptarum frugum argumentum panis Judaicus, nullo fermento, retinet.* Septimo die otium placuisse, *ferunt:* quia is finem laborum tulerit: dein, blandiente inertia, septimum quoque annum ignavia datum. *Alii*, honorem eum Saturno haberi: seu principia religionis tradentibus Idaeis, quos cum Saturno pulsos, et conditores gentis accepimus; seu quod e

abbandonarono: ma si affidassero a lui come a divin condottiere, al cui principal ajuto affidatisi alle presenti calamità sottrarrebbonsi 3. Acconsentirono; ed ignoranti di tutto, mettonsi alla ventura in cammino. Ma niente, quanto la stremità dell'acqua li travagliava. Già stramazzando per la campagna anelavano e boccheggiavano, quando una greggia d'Onagri dalla pastura si ritirò nella balza di opaca selva. Li seguitò Mosè, confortato dal suolo erboso, e scoprì vene abbondevoli. Queste gli ristorarono; e camminati sei giorni interi, cacciati il settimo gli abitatori, s'impadronirono delle terre, ove città edificarono e tempio.

4. Mosè, per attaccarsi eternamente quel popolo, istituì nuovi riti e contrarj all'altre nazioni. Quivi è profano [4] quanto è mai sacro per noi; per lo contrario è concesso ad essi quanto a noi vietasi. Nell'intimo del Santuario consagraron l'effigie dell'animale, che gli scorse a spegner la sete; sagrificato un ariete, come in disprezzo di Ammone. Immolasi ancora il bue, che gli Egizj adoran per Api. Dal porco astengonsi per la memoria dolente di quella scabbia, onde già furon guasti, e a cui soggiace tal bestia. La già lunga fame tuttor con molti digiuni attestano. E in argomento delle rapite biade usano pane senza fermento. Narrano *che statuissero di riposarsi il settimo dì, perchè in tal giorno cessarono i lor travaglj; poscia, adescati dalla pigrizia, dessero all'ozio ancora il settimo anno.* Altri, *che prestisi cotal onore a Saturno, o perchè trassero la religion dagl'Idei, cacciati come narraronci con Saturno e fonda-*

septem sideribus, quis mortales reguntur, altissimo orbe et praecipua potentia stella Saturni feratur: ac pleraque coelestium vim suam et cursum septimos per numeros conficiant.

5. *Hi ritus, quoquo modo inducti, antiquitate defenduntur. Cetera instituta sinistra, foeda, pravitate valuere. Nam pessimus quisque, spretis religionibus patriis, tributa et stipes illuc gerebant: unde auctae Judaeorum res. Et, quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promtu, sed adversus omnes alios hostile odium. Separati epulis, discreti cubilibus, projectissima ad libidinem gens, alienarum concubitu abstinent. Inter se nihil inlicitum. Circumcidere genitalia instituere, ut diversitate noscantur. Transgressi in morem eorum idem usurpant. Nec quidquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos, exuere patriam, parentes, liberos fratres vilia habere. Augendae tamen multitudini consulitur. Nam et necare quemquam ex adgnatis nefas: animasque praemio aut suppliciis peremptorum aeternas putant. Hinc generandi amor, et moriendi contemptus. Corpora condere, quam cremare, e more Aegyptio: eademque cura, et de infernis persuasio: coelestium contra. Aegyptii pleraque animalia effigiesque compositas venerantur. Judaei mente sola, unumque Numen intelligunt.* Profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant. Summum illud et aeternum, neque mutabile, neque interiturum. *Igitur nulla simulacra urbibus suis,*

tori di questo popolo; o perchè de' sette pianeti, che reggon gli uomini, nella più alta sfera e con maggior possanza Saturno volgasi: e i più degli astri compian il corso e l' influsso loro con sette rivolgimenti.

5. Tali riti, comunque indotti, dall'antichità si proteggono: per altro i sinistri e fieri istituti [5] invalsero per malizia. Poichè colà tutti gli scellerati, sprezzando la religion della patria, tributi e doni arrecavano. Onde lo stato accrebbesi de' Giudei; oltr' essere ostinata fede fra loro, e prontissima carità; ma odio con tutti gli altri implacabile: separati di mensa, divisi di letto, gente rotta ad ogni lussuria, dall' altrui donne s' astengono: tra loro nulla è nefando. Istituirono circoncidersi per conoscersi a tale diversità. Usan lo stesso quanti ne adottano il culto; nè ad altro prima ammaestransi che a disprezzare gli Dei, rinegar la patria, porre in non cale parenti, figli, fratelli. Si ha però cura di accrescere la nazione: perocchè vietasi uccidere qualunque mai soprannasca [6]; e l'anime degli estinti reputan per supplizj o guiderdone immortali [7]. Quindi l'amore di generare, e di morire il disprezzo. Sotterrano, più tosto ch'ardere, all' uso Egizio i cadaveri: han delle cose infernali la cura e fede medesima che gli Egizj; opposta, delle celesti. Quelli adoran molti animali, ed immagini lavorate. I Giudei con la mente sola, e un solo Dio concepiscono. *Profani* estimano *quelli, che di mortali materie in sembianza umana foggiano forme divine. Sommo, ed eterno, ed immortale, ed immutabile, Iddio*. Perciò non havvi una statua

nedum templis, sunt. Non Regibus haec adu-
latio, non Caesaribus honor. Sed, quia Sacer-
dotes eorum tibia tympanisque concinebant,
hedera vinciebantur, vitisque aurea templo re-
perta, Liberum Patrem coli, domitorem Orientis,
quidam arbitrati sunt, nequaquam congruenti-
bus institutis. Quippe Liber festos laetosque
ritus posuit: Judaeorum mos absurdus sor-
didusque.

6. *Terra finesque, qua ad Orientem vergunt,*
Arabia terminantur: a meridie Aegyptus obja-
cet: ab occasu Phoenices et mare: septentrionem
a latere Syriae longe prospectant. Corpora ho-
minum salubria, et ferentia laborum. Rari im-
bres, uber solum. Exuberant fruges nostrum ad
morem: praeterque eas balsamum et palmae. Pal-
metis proceritas et decor. Balsamum modica
arbor: ut quisque ramus intumuit, si vim ferri
adhibeas, pavent venae; fragmine lapidis, aut
testa aperiuntur: humor in usu medentium est.
Praecipuum montium Libanum erigit, mirum
dictu, tantos inter ardores opacum fidumque
nivibus. Idem amnem Jordanem alit funditque.
Nec Jordanes pelago accipitur: sed unum atque
alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur.
Lacus immenso ambitu, specie maris, sapore
corruptior, gravitate odoris adcolis pestifer, ne-
que vento impellitur, neque pisces aut suetas
aquis volucres patitur. Inertes undae superjacta,
ut solido, ferunt: periti imperitique nandi per-
inde adtolluntur. Certo anni, bitumen egerit:
cujus legendi usum, ut ceteras artes, experientia

nelle città, non che ne'lor templi. Non usan tale adulazione a'Re, non onor tale a'Cesari. Ma perchè i sacerdoti loro cantavano a suon di flauti e di timpani, d'ellera incoronavansi, e fu trovata nel tempio una vite d'oro, certi credettero *che Bacco padre, il domator dell'Oriente vi si adorasse*. Ma Bacco pose lieti e festosi riti: strani son gli usi ed ignobili [8] de'Giudei.

6. Il paese, ove all'Oriente mirano, chiudesi dall'Arabia: a mezzodì gli stringe l'Egitto: dall'Occidente i Fenicj e il mare: da settentrione guardan di fianco per lungo tratto la Siria. Uomini sani e robusti; pioggie rare; suolo ubertoso. I nostri frutti vi soprabbondano; ed oltre a questi le palme e il balsamo. Alti e ridenti i palmeti; picciol albero è il balsamo· appena i rami s'impregnano, se li tormenti col ferro, le vene agghiacciansi; con uno scheggio di pietra o giarro s'incidono: sgorgane umore medicinale. Sorge sopra ogni monte il Libano, ombroso, cosa mirabile, e delle nevi amico fra tanti ardori. Da lui si nutre e versa il Giordano; nè sbocca il Giordano in mare, ma due laghi attraversa, e nel terzo perdesi. Questo lago, di giro immenso, simile a mare, di più maligno sapore, pestifero pel grave puzzo a'vicini, nè si commuove da vento, nè pesci o uccelli usati all'acqua comporta. La pigra onda [9] quanto sovr'essa gettasi, qual duro corpo, sostiene; ed usi e non usi al nuoto regge egualmente. Sgorgane in certa stagion dell'anno il bitume, cui l'esperienza insegnò, come le altre arti, a raccogliere. Liquore di sua natura

docuit. Ater suapte natura liquor, et sparso aceto concretus, innatat. Hunc manu captum, quibus ea cura, in summa navis trahunt. Inde, nullo juvante, influit, oneratque, donec abscindas. Nec abscindere aere ferrove possis: fugit cruorem vestemque infectam sanguine, quo foeminae per menses exolvuntur. Sic veteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, undantes bitumine moles pelli, manuque trahi ad litus: mox, ubi vapore terrae, vi solis, inaruerint, securibus cuneisque, ut trabes aut saxa, discindi.

7. *Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes, magnisque urbibus habitatos, fulminum jactu arsisse; et manere vestigia, terramque ipsam, specie torridam, vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte edita, aut manu sata, sive herba tenus aut flore, seu solitam in speciem adolevere, atra et inania velut in cinerem vanescunt. Ego, sicut inclitas quondam urbes igne coelesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi superfusum spiritum, eoque foetus segetum et autumni putrescere reor, solo coeloque juxta gravi. Et Belus amnis Judaico mari inlabitur: circa cujus os conlectae arenae, admixto nitro, in vitrum excoquuntur; modicum id litus, et egerentibus inexhaustum.*

8. *Magna pars Judaeae vicis dispergitur: habent et oppida. Hierosolyma genti caput. Illic immensae opulentiae templum, et primis munimentis urbs, dein Regia: templum intimis clausum. Ad fores tantum Judaeo aditus: limine, praeter Sacerdotes, arcebantur. Dum Assyrios*

nero, e addensato da sparso aceto, galleggia. Presol con mano, chi lo raccoglie, tiralo in su la nave. Quindi senz'altr'ajuto vi scorre e l'empie sinchè lo spezzi; nè puoi con rame o ferro spezzarlo: abborre il sangue e le vesti lorde del fiore, onde purgansi mensualmente le donne. Così gli antichi scrittori; ma i pratici de'luoghi narrano, che i massi di bitume ondeggianti spingonsi e traggonsi per mano a riva: inaridito poi dal vapor della terra e dal calore del sole, con mazze e conj, qual sasso o trave, si fende.

7. Avvi non lungi campagne, che narran prima ubertose, e di grandi città ripiene, arse poi per uno scroscio di fulmini: e rimanerne i vestigj, e il suolo stesso mostrarsi arsiccio, senza più forza generatrice. Perocchè quanto spontaneamente germogliavi o vi si semina, o in erba cresca od in fiore, o sorga all'usata forma, nero e caduco va come in cenere. Io come acconsentirò, che da celeste fuoco città già chiare s'ardessero; così reputo, che dal vapore del lago la terra infettisi, l'aria d'intorno corrompasi, e imputridiscan quindi le biade e i frutti autunnali per uguale malignità di terra e di cielo. Il Belo ancora sbocca nel mare Giudaico, alla cui foce s'aduna arena, che mescolatasi al nitro si fonde in vetro. Corta è la riva, ma non si vota per cave.

8. A borghi è sparsa gran parte della Giudea: han pure delle città. N'è Gerosolima capo, ov'ha Tempio d'infinita opulenza; e dal primo recinto chiudesi la città, dal secondo la reggia, dal terzo più addentro il tempio, alle cui porte il solo Giudeo s'appressa: vietasi, fuorichè a'sacerdoti, l'in-

penes Medosque et Persas Oriens fuit, despectissima pars servientium. Postquam Macedones praepotuere, Rex Antiochus, demere superstitionem et mores Graecorum dare adnixus, quo minus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est. Nam ea tempestate Arsaces desciverat. Tum Judaei, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis (et Romani procul aberant) sibi ipsi Reges imposuere: qui mobilitate vulgi expulsi, resumpta per arma dominatione, fugas civium, urbium eversiones, fratrum, conjugum, parentum neces, aliaque solitaque Regibus ausi, superstitionem fovebant: quia honor Sacerdotii firmamentum potentiae adsumebatur.

9. *Romanorum primus Cn. Pompejus Judaeos domuit: templumque jure victoriae ingressus est. Inde vulgatum*, nulla intus Deum effigie vacuam sedem, et inania arcana. *Muri Hierosolymorum diruti, delubrum mansit. Mox, inter nos, bello, postquam in ditionem M. Antonii provinciae cesserant, Rex Parthorum Pacorus Judaeae potitus, interfectusque a P. Ventidio, et Parthi trans Euphratem redacti: Judaeos C. Sosius subegit. Regnum ab Antonio Herodi datum, victor Augustus auxit. Post mortem Herodis, nihil expectato Caesare, Simo quidam regium nomen invaserat. Is a Quinctilio Varo, obtinente Syriam, punitus: et gentem coercitam liberi Herodis tripartito rexere. Sub Tiberio quies. Dein jussi a C. Caesare* effigiem ejus in templo locare, *arma potius sumpsere: quem mo-*

gresso [10]. Mentre l'Oriente fu dagli Assirj, Medi, e Persiani signoreggiato furon la parte più disprezzata de' sudditi. Poichè i Macedoni trionfarono, il Re Antioco, sforzandosi a torne via la superstizione e indurvi i costumi greci, dalla guerra de' Parti gli fu vietato d'ingentilire quella nazione fastidiosissima [11], perocchè Arsace in quel tempo si ribellò. Quindi i Giudei, crollando i Macedoni, non ancora inforzati i Parti, (ed eran lungi i Romani) s'imposero da sè medesimi i Re, che cacciati dalla mobilità del volgo, ricuperata con l'armi la signoria, datisi a bandir cittadini, a rovinar città, fratelli mogli genitori ammazzare, e a quanto usano i Re, nutrivano la superstizione; la dignità sacerdotale assumendosi a sostegno della tirannide.

9. Il primo fu Gneo Pompeo de' Romani, che gli domò, ed entrò per ragion di vittoria nel Tempio. Indi si divulgò, *non esservi dentro immagine d'alcuno Iddio, ma vuota stanza e vani misteri*. Si rovesciaron le mura di Gerosolima; il tempio si rispettò. Poi nelle nostre guerre civili, poichè l'Oriente cadde in potere di Marcantonio, e il Re de' Parti Pacoro, insignoritosi della Giudea, fu da P. Ventidio spento, e respinti i Parti oltre l'Eufrate, Cajo Sosio i Giudei soggiogò. Antonio diede ad Erode il regno; Augusto vincitore l'accrebbe. Dopo la morte di Erode, senza rispetto a Cesare, un tal Simone il real nome usurpò. Costui punito ne fu da Quintilio Varo, governator della Siria, ed i figliuoli di Erode ressero il popolo sottomesso, in tre partitone il regno. Fu calma sotto Tiberio. Poi comandati da Cajo Cesare *di por l'imma-*

tum Caesaris mors diremit. Claudius, defunctis Regibus, aut ad modicum redactis, Judaeam provinciam Equitibus Romanis aut libertis permisit. E quibus Antonius Felix, per omnem saevitiam ac libidinem, jus regium servili ingenio exercuit, Drusilla, Cleopatrae et Antonii nepte, in matrimonium accepta: ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.

10. *Duravit tamen patientia Judaeis usque ad Gessium Florum, Procuratorem. Sub eo bellum ortum. Et comprimere coeptantem Cestium Gallum, Syriae Legatum, varia praelia ac saepius adversa excepere. Qui ubi fato, aut taedio occidit, missu Neronis Vespasianus fortuna famaque et egregiis ministris, intra duas aestates, cuncta camporum, omnesque, praeter Hierosolyma, urbes, victore exercitu tenebat. Proximus annus civili bello intentus, quantum ad Judaeos, per otium transiit. Pace per Italiam parta, et externae curae rediere. Augebat iras, quod soli Judaei non cessissent. Simul manere apud exercitus Titum, ad omnes Principatus novi eventus casusve utilius videbatur. Igitur castris, uti diximus, ante moenia Hierosolymorum positis, instructas legiones ostentavit.*

11. *Judaei sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri, et, si pellerentur, parato perfugio. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certavit. Mox cessere hostes, et sequentibus diebus crebra pro portis praelia serebant: donec adsiduis damnis intra*

gine sua nel Tempio, più tosto presero l'armi: ma con la morte di Cesare si deposero. Claudio, morti od a vile ridotti i Re, diede a cavalieri romani o liberti il governo della Giudea; de' quali Antonio Felice con ogni libidine e crudeltà la potestà reale con servile animo esercitò, presa in moglie Drusilla, nipote di Cleopatra e di Antonio; talchè dello stesso Antonio era Felice bisgenero, Claudio nipote.

10. Tuttavia resse la pazienza a'Giudei sino a Gessio Floro Procuratore. Sotto lui ruppe la guerra; e datosi Cestio Gallo, governator di Siria, a comprimerla, fu da varie e spesso infelici zuffe interrotto. Mortosi Cestio d'infermità e di cordoglio, Vespasiano, mandatovi da Nerone, con la fortuna, riputazione, e ministri egregj in due estati tutte le terre e città, fuori di Gerosolima, col vittorioso esercito possedeva. L'anno seguente, da civil guerra occupato, passò rispetto a'Giudei tranquillo. Rimessa in pace l'Italia, le cure esterne si rivegliarono. Cresceva l'ira che i Giudei soli non si arrendessero. Pareva utile insieme che negli eserciti restasse Tito, per ogni caso che a nuovo imperio avvenisse. Accampatosi dunque, come abbiam detto, in vista di Gerosolima, si presentò con le legioni in battaglia.

11. I Giudei schieraronsi sotto le stesse mura; pronti ad avanzar vincitori, se la fortuna arridesse, e a ritirarsi, respinti. Mossi lor contro i cavalli e'fanti leggieri, dubbiosamente pugnarono. Piegaron poi gl'inimici, e frequenti zuffe appiccavansi ne' dì seguenti alle porte: sinchè da continue rotte

moenia pellerentur. Romani ad oppugnandum versi. Neque enim dignum videbatur, famem hostium opperiri. Poscebantque pericula, pars virtute, multi ferocia et cupidine praemiorum. Ipsi Tito Roma, et opes, voluptatesque ante oculos; ac, ni statim Hierosolyma conciderent, morari videbantur. Sed urbem, arduam situ, opera molesque firmaverant, quis, vel plana satis munirentur. Nam duos colles, immensum editos, claudebant muri, per artem obliqui, aut introrsus sinuati: ut latera oppugnantium ad ictus patescerent. Extrema rupis abrupta: et turres, ubi mons juvisset, in sexaginta pedes, inter devexa, in centenos vicenosque adtollebantur: mira specie, ac procul intuentibus pares. Alia intus moenia, Regiae circumjecta: conspicuoque fastigio turris Antonia, *in honorem M. Antonii ab Herode adpellata.*

12. *Templum in modum arcis, propriique muri, labore et opere ante alios. Ipsae porticus, quis templum ambiebatur, egregium propugnaculum. Fons perennis aquae, cavati sub terra montes: et piscinae cisternaeque servandis imbribus. Praeviderant conditores, ex diversitate morum, crebra bella. Inde cuncta quamvis adversus longum obsidium: et a Pompejo expugnatis metus atque usus pleraque monstravere. Atque, per avaritiam Claudianorum temporum empto jure muniendi, struxere muros in pace, tamquam ad bellum: magna conluvie et ceterarum urbium clade aucti: nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat, eoque seditiosius age-*

dentro le mura cacciaronsi. I Romani si volsero ad espugnarla: chè non pareva onorevole vincerli con la fame; e domandavan l'assalto, chi per valore, chi per ferocia e avidità di guadagno. Erano a Tito stesso dinanzi agli occhi Roma e le grandezze e i piaceri, che gli rapiva la ritardata rovina di Gerosolima. Ma la città posta in erta era talmente fortificata da sostenersi ancora se fosse piano. Poichè da muri, traversi ad arte o piegati in dentro, due colli altissimi si chiudevano, per travagliar di fianco gli assalitori. Era scoscesa l'estremità della rupe, e nel pendìo del monte sorgevan torri alte sessanta piedi, e centoventi alle falde, di vista maravigliosa, ed eguali a chi guardavale di lontano. Chiudeva un altro recinto interno la regia, ove s'ergeva altissima la torre *Antonia*, da Erode in onore di Marcantonio appellatasi.

12. Il tempio a guisa di rocca, con proprie mura, di più lavoro e fortezza: lo stesso portico, da cui cerchiavasi, eragli egregia barriera: fonte perenne, monti scavati sotterra, e conserve e cisterne d'acqua piovana. I costruttori previdero molte guerre per la diversità de' costumi; quindi munironsi contr'ogni assedio, anche lungo: e la paura e l'esperienza insegnò loro più cose dopo la espugnazion di Pompeo. E nell'avara signorìa di Claudio comprata la facoltà di fortificarsi, muraglie in pace come per guerre costrussero: di gran ciurmaglia dalle ruine dell'altre città cresciuti; perchè là tutti i ribaldi si ricovrarono, e perciò stavano in più scompiglio. V'eran tre capi e tre eserciti. Teneva

bant. Tres Duces, totidem exercitus. Extrema et latissima moenium Simo, quem et Bargioram vocabant; mediam urbem Joannes; templum Eleazarus, firmaverat. Multitudine et armis Joannes, ac Simon; Eleazarus loco, pollebat. Sed praelia, dolus, incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta. Mox Joannes, missis per speciem sacrificandi, qui Eleazarum manumque ejus obtruncarent, templo potitur. Ita in duas factiones civitas discessit, donec, propinquantibus Romanis, bellum externum concordiam pareret.

13. *Evenerant prodigia, quae neque hostiis, neque votis piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa. Visae per coelum concurrere acies, rutilantia arma, et subito nubium igne conlucere templum. Expassae repente delubri fores, et audita major humana vox,* Excedere Deos: *simul ingens motus excedentium. Quae pauci in metum trahebant: pluribus persuasio inerat, antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens, profectique Judaea rerum potirentur. Quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerat. Sed vulgus, more humanae cupidinis, sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adversis quidem ad vera mutabantur. Multitudinem obsessorum, omnis aetatis, virile ac muliebre secus, sexcenta millia fuisse accepimus. Arma cunctis, qui ferre possent: et plures, quam pro numero, audebant. Obstinatio viris foeminisque par: ac, si transferre sedes co-*

il primo ed ampio giro Simone, chiamato anche Bargiora; il centro della città Giovanni: Eleazaro il tempio. Eran Giovanni e Simone di gente e d'armi, forte di sito Eleazaro. Ma tra loro battaglie, trame, ed incendj; e n'arse gran quantità di frumento. Quindi Giovanni, mandata gente, come per far sagrifizio, che trucidasse co'suoi guerrieri Eleazaro, del tempio s'impadronì. Così la città fu in due fazioni divisa: sinchè, i Romani appressandosi, l'armi straniere la unirono.

13. Prodigj avvennero, che nè con vittime, nè con suppliche purgare è lecito a gente data a superstizione, di ceremonie inimica [12]. Videsi per il cielo azzuffarsi eserciti, lampeggiar armi, ed il tempio splendere di subitanei baleni. Spalancatesi improvisamente le porte del Santuario, si udì più che umana voce, *gl'Iddii partirsene*, e grande strepito che partivansi. Pochi a spavento se lo recavano: erano i più invasati della opinione, che dagli antichi libri de'Sacerdoti si predicesse che in quel tempo appunto prevalerebbe l'Oriente, e di Giudea sorgerebbero i possessori del mondo: i quali oracoli Vespasiano e Tito annunziavano. Ma il volgo, com'è natura di chi desidera, attribuendosi così felici destini neppure dalle sciagure apprendeva la verità. Il numero degli assediati, d'ogni età, d'ogni sesso, trovammo essere secentomila. In armi quanti potean portarle; e molti oltre le forze ardivano. Uomini e donne di pari caparbietà: e a mutar cielo costretti, temevano più di vivere che

gerentur, major vitae metus, quam mortis. Hanc adversus urbem gentemque Caesar Titus, quando impetus et subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit. Dividuntur legionibus munia, et quies praeliorum fuit: donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres, aut novis ingeniis, struerentur.

14. *At Civilis, post malam in Treveris pugnam, reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera castra consedit: tutus loco, et ut memoria prosperarum illic rerum augescerent Barbarorum animi. Secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis, adventu secundae et VI et XIV legionum. Cohortesque et alae, jampridem accitae, post victoriam properaverant. Neuter Ducum cunctator. Sed arcebat latitudo camporum, suopte ingenio humentium. Addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cujus objectu revolutus amnis adjacentibus superfunderetur. Ea loci forma, incertis vadis subdola, et nobis adversa. Quippe miles Romanus armis gravis, et nandi pavidus; Germanos, fluminibus suetos, levitas armorum, et proceritas corporum adtollit.*

15. *Igitur, lacessentibus Batavis, ferocissimo quique nostrorum coeptum certamen. Deinde orta trepidatio, cum praealtis paludibus arma, equi, haurirentur. Germani notis vadis persultabant, omissa plerumque fronte, latera ac terga circumvenientes. Neque, ut in pedestri acie, cominus certabatur; sed, tamquam navali pugna, vagi inter undas, aut, si quid stabile oc-*

di morire. Contro a siffatta gente e città Tito Cesare, poichè si opponeva il sito all'impeto d'un assalto, deliberò combattere con vigne ed argini. Divise i carichi alle legioni; e cessarono le battaglie: sinochè tutte le macchine per espugnare città, dagli antichi o moderni ingegni inventate, si costruissero.

14. Civile intanto, dopo la rotta ne'Treviri ristorato per la Germania l'esercito, fermasi a campo vecchio, affidato al luogo, e perchè la memoria delle avvenutevi prosperità ravvivasse il cuore de'barbari. Lo seguitò Ceriale con doppie forze, per le legioni giunte seconda, sesta, e quattordicesima. E le coorti e i cavalli, di già chiamati, dopo la vittoria affrettaronsi. Niuno de'due capitani temporeggiava, Ma trattenevagli una campagna acquosa di sua natura. Aggiunse Civile un argine traverso al Reno, da cui risospinto il fiume le vicinanze inondava. Tale era il luogo, pe'dubbj guadi insidioso, e periglioso per noi; chè grave d'armi, nè franco al nuoto è il romano: i germani, usi a'fiumi, superan l'acque con la leggerezza dell'armi e con l'altezza de'corpi.

15. Provocati dunque da'Batavi, i più feroci de'nostri attaccano la battaglia: poi cominciarono a sbigottirsi, cavalli ed armi affondando nelle profonde paludi. I Germani pe'noti guadi infuriavano; lasciata spesso la fronte, a'fianchi ed alle spalle assalivano; nè, come in battaglia a piedi, si combatteva dappresso; ma come in una zuffa navale, sparsi tra l'onde, o se imbattevansi in luogo fermo,

currebat, totis illic corporibus nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris, in mutuam perniciem implicabantur. Minor tamen, quam pro tumultu, caedes: quia, non ausi egredi paludem Germani, in castra rediere. Ejus praelii eventus utrumque ducem, diversis animi motibus, ad maturandum summae rei discrimen erexit. Civilis instare fortunae; Cerialis abolere ignominiam. Germani prosperis feroces; Romanos pudor excitaverat. Nox apud Barbaros cantu aut clamore, nostris per iram et minas, acta.

16. *Postera luce Cerialis equite et auxiliariis cohortibus frontem explet: in secunda acie legiones locatae: Dux sibi delectos retinuerat, ad improvisa. Civilis haud porrecto agmine, sed cuneis, adstitit. Batavi Gugernique in dextro; laeva ac propriora fluminis Transrhenani tenuere. Exhortatio Ducum, non more concionis apud universos, sed ut quosque suorum advehebantur. Cerialis* veterem Romani nominis gloriam, antiquas recentesque victorias: ut perfidum ignavum, victum hostem, in aeternum excinderent. Ultione magis, quam praelio, opus esse. Pauciores nuper cum pluribus certasse: attamen fusos Germanos, quod roboris fuerit. Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant. *Proprios inde stimulos legionibus admovebat*, domitores Britanniae quartadecimanos *adpellans:* principem Galbam sextae legionis auctoritate factum: illa primum acie Secundanos nova signa, novamque aquilam dicaturos. *Hinc praevectus ad Germanicum*

quivi con tutte le loro forze afferrandosi, feriti e illesi, usi e non usi a nuotare, avviluppati insieme affogavansi. Fu la rovina però minore dello scompiglio; chè, non osando uscire della palude i Germani, si ritornarono al campo. L'esito di tal battaglia l'uno e l'altro capitano animò, per diversi affetti, ad affrettar l'estremo cimento. Civile per secondar la fortuna: Ceriale per cancellar l'ignominia. I Germani per il successo feroci: ardenti per la vergogna i Romani. In canti e grida tra' barbari, tra' nostri in ire e in minacce passò la notte.

16. Il giorno poi Ceriale ordina in fronte i cavalli e le coorti alleate: nella seconda schiera si posero le legioni: ritenne seco un drappello eletto per i bisogni improvvisi. Civile si presentò, non con le schiere spiegate, ma strette a conj. I Batavi ed i Gugerni la destra; i Trasrenani tennero la sinistra dappresso al fiume. L'esortazione de' capitani non fu generale ad uso di parlamento; ma secondo che in ciascheduno imbattevansi. Ricordava Ceriale *l'antica romana gloria, le antiche e le recenti vittorie: che sterminasser per sempre un perfido, codardo, vinto nemico, che gastigar dovevasi, non combattere. Pochi testè con molti azzuffatisi; pure i Germani, il nervo degl' inimici, fur rotti. Avanzarne chi porta in cuore la fuga, e cicatrici alle spalle.* Quindi accendeva con proprj stimoli le legioni, chiamando *la quattordicesima domatrice della Brettagna: Galba per autorità della sesta creato principe: che la seconda in quella prima battaglia consa-*

exercitum, *manus tendebat*, ut suam ripam, sua castra, sanguine hostium reciperarent. *Alacrior omnium clamor*, *quis vel e longa pace praelii cupido*, *vel fessis bello pacis amor*, *praemiaque et quies in posterum sperabantur*.

17. *Nec Civilis silentem struxit aciem*, *locum pugnae testem virtutis ciens:* Germanos Batavosque super vestigia gloriae, cineres ossaque legionum calcantes. Quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem, cladem que et dira omina obversari. Ne terrerentur vario Treverici praelii eventu: suam illic victoriam Germanis obstitisse, dum, omissis telis, praeda manus impediunt. Sed cuncta mox prospera, et hosti contraria evenisse. Quae provideri astu Ducis oportuerit, providisse: campos madentes, et ipsi gnaros; paludes hostibus noxias: Rhenum et Germaniae Deos in adspectu, quorum numine capesserent pugnam, conjugum, parentum, patriae memores. Illum diem aut gloriosissimum inter majores, aut ignominiosum apud posteros, fore. *Ubi sono armorum tripudiisque* (*ita illis mos*) *adprobata sunt dicta*, *saxis glandibusque et ceteris missilibus praelium incipitur: neque nostro milite paludem ingrediente*, *et Germanis*, *ut elicerent*, *lacessentibus*.

18. *Absumptis*, *quae jaciuntur*, *et ardescente pugna*, *procursum ab hoste infestius*. *Immensis corporibus*, *et praelongis hastis fluitantem laban-*

crerebbe nuov' aquila e nuove insegne. Quinci, spronando al germanico esercito, *la sua riva* additavagli *ed il suo campo, perchè col sangue nemico lo riscattassero*. Scoppiaron tutti in un grido, e quanti la lunga pace inferociva a combattere, e quanti stracchi di guerra bramavan pace, ed in vecchiezza speravano riposo e premio.

17. Nè mutolo schierò Civile l'esercito, *testimonio di sua virtù* chiamando *il luogo della battaglia. Starsi i Germani ed i Batavi su i vestigj della lor gloria, calcando l'ossa e le ceneri delle legioni. Ovunque volgesse gli occhi il Romano, farglisi innanzi catene, e stragi, e presagj atroci. Nè gli atterrisse l'esito ambiguo della battaglia ne' Treviri: quivi la propria vittoria a' Germani ostò, mentre lasciaron l'armi per caricarsi di preda. Ma quindi tutto fu prospero, ed a' nemici funesto. Che già provvide quanto era senno di capitano: campagne acquose, e lor note, paludi infeste a' nemici. Essere a vista del Reno e degl' Iddii di Germania. Questi con loro combatteranno, se delle mogli, de' genitori, e della patria ricordinsi. Quel dì sarebbe o gloriosissimo tra gli antichi, o ignominioso ne' posteri*. Poichè coll' armi e co' salti romoreggiando (così costumano) le sue parole approvaronsi, con sassi palle e saette cominciasi la battaglia, schivando i nostri d' entrare nella palude, ed aizzandoli i Germani a cacciarvisi.

18. Consumate l' armi da tiro, e incalorendo la zuffa, avventasi con più furore il nemico. Co' vasti corpi e le lunghissime aste ferìan da lungi il

temque militem eminus fodiebant: simul e mole, quam eductam in Rhenum retulimus, Bructerorum cuneus transnatavit. Turbata ibi res. Et pellebatur sociarum cohortium acies, cum legiones pugnam excipiunt, suppressaque hostium ferocia, praelium aequatur. Inter quae perfuga Batavus adiit Cerialem, terga hostium *promittens*, si extremo paludis eques mitteretur: solidum illa, et Gugernos quibus custodia obvenisset, parum intentos. *Duae alae, cum perfuga missae, incauto hosti circunfunduntur. Quod ubi clamore cognitum, legiones a fronte incubuere, pulsique Germani Rhenum fuga petebant. Debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset. Ne eques quidem institit, repente fusis imbribus, et propinqua nocte.*

19. *Postera die, quartadecima legio in superiorem provinciam Gallo Annio missa: Cerialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit. Civili Chaucorum auxilia venere. Non tamen ausus oppidum Batavorum armis tueri, raptis quae ferri poterant, ceteris injecto igni, in insulam concessit: gnarus, deesse naves efficiendo ponti, neque exercitum Rom. aliter transmissurum. Quin et diruit molem a Druso Germanico factam, Rhenumque, prono alveo in Galliam ruentem, disjectis, quae morabantur, effudit. Sic velut abacto amne, tenuis alveus, insulam inter Germanosque, continentium terrarum speciem fecerat. Transiere Rhenum Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Treverorum*

soldato, che barcollava ondeggiando; una schiera insieme de' Brutteri, passata a nuoto dal detto argine contr' al Reno, mise le cose in travaglio; e già le forze alleate si sbaragliavano, quando alla zuffa sottentrano le legioni, e frenato l' impeto de' nemici si pareggiò la battaglia. Frattanto un Batavo disertore presentasi a Ceriale, ed accerta *che prenderebbonsi gl' inimici alle spalle, ove spedisse cavalli al fine della palude: là terren sodo; e mal guardarlo i Gugerni*. Due compagnie, spedite col disertore, improvisamente gli assaltano. Conosciutolo al grido, di fronte avventansi le legioni, e sbaragliati i Germani fuggivano verso il Reno. Terminavasi quel dì la guerra, se prontamente accorrevano le nostre navi. Neppure la cavallerìa gl'incalzò, per improvisa pioggia e per la notte vicina.

19. Il dì seguente fu ad Annio Gallo mandata nella provincia di sopra la legione quattordicesima; la decima, giunta di Spagna, fornì l' esercito di Ceriale. A Civile vennero ajuti de'Cauci; non osando però con l'armi difendere le città batave, rapito quanto potevasi, arso il resto, ricoverossi nell'isola: sapendo mancar di navi i Romani a formare un ponte, nè passerebbe in altra guisa l' esercito. Che anzi distrusse l' argine fatto da Druso Germanico; e il Reno, tolti gli ostacoli, con più rovina gittossi sopra le Gallie. Così, come disperso il fiume, il quasi arido letto mostrava unite, qual terra ferma, l' Isola e la Germania. Passaron anche Tutore e Classico il Reno, e cento tredici senatori de' Treviri, tra' quali Alpino Montano, che già

Senatores: in quis fuit Alpinus Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus. Comitabatur eum frater D. Alpinus. Simul ceteri miseratione ac donis auxilia concibant, inter gentes periculorum avidas.

20. *Tantumque belli superfuit, ut praesidia cohortium, alarum, legionum, modicis vicis quadripartita Civilis invaserit: decimam legionem Arenaci; secundam Batavoduri; et Grinnes Vadamque cohortium alarumque castra: ita divisis copiis, ut ipse et Verax, sorore ejus genitus, Classicusque ac Tutor suam quisque manum traherent: nec omnia patrandi fiducia; sed* multa ausis aliqua in parte fortunam adfore. Simul Cerialem neque satis cautum, et pluribus nuntiis huc illuc cursantem, posse medio intercipi. *Quibus obvenerant castra decumanorum, oppugnationem legionis arduam rati, egressum militem et coedendis materiis operatum, turbavere, occiso Praefecto castrorum et quinque primoribus Centurionum, paucisque militibus. Ceteri se munimentis defendere. Et interim Germanorum manus Batavoduri rumpere inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum praelium nox diremit.*

21. *Plus discriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis, Grinnes Classicus oppugnabant: nec sisti poterant, interfecto fortissimo quoque; in quis Briganticus, Praefectus alae, ceciderat, quem fidum Romanis, et Civili avunculo infensum diximus. Sed, ubi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, ver-*

narrammo spedito in Gallia da Primo Antonio. Lo accompagnava il fratello D. Alpino. Gli altri insieme con la compassione e co' doni si procacciavano ajuti tra genti avide di pericoli.

20. E tanta guerra restò, che assaltò Civile legioni, ajuti, cavalli, ch' erano a guardia in quattro piccoli borghi, la decima legione ad Arènaco, a Batavòduro la seconda, il campo de' cavalli e de' fanti a Grinne ed a Vada; così divise le forze, ch' egli e Verace, nato di sua sorella, e Tutore e Classico, ciascun guidasse le sue; non con fiducia di effettuare ogn' impresa, *ma che, tentandone molte, a qualcuna arriderebbe la sorte; e Ceriale non abbastanza cauto, e qua e là correndo alle varie voci, potrebbe cogliersi.* Quelli che móssero contro la decima, stimando arduo espugnare il campo, scompigliaron la truppa uscita e intesa a far legne; uccisone il mastro del campo, cinque centurioni primarj, e pochi soldati. Gli altri nellle trincee si difesero. E intanto una compagnia di Germani sforzavasi in Batavòduro a fracassare il ponte intrapreso. La notte troncò l' ambigua battaglia.

21. Maggior pericolo avvenne a Grinne ed a Vada. Civile Vada, Classico Grinne oppugnava. Nè si potevan reprimere; spentovi il fior de' gagliardi, tra' quali cadde Brigantico capitan di cavalli, fido, come dicemmo, a' Romani, ed a Civile, suo zio materno, inimico. Ma tostochè sopravvenne con scelta cavalleria Ceriale, voltasi la for-

sa fortuna, praecipites Germani in amnem aguntur. Civilis, dum fugientes retentat, agnitus, petitusque telis, relicto equo, transnatavit. Idem Veracis effugium. Tutorem Classicumque adpulsae lintres vexere. Ne tum quidem Romana classis pugnae adfuit, ut jussum erat. Sed obstitit formido, et remiges per alia militiae munia dispersi. Sane Cerialis parum temporis ad exequenda imperia dabat, subitus consiliis, sed eventu clarus. Aderat fortuna, etiam ubi artes defuissent. Hinc ipsi exercituique minor cura disciplinae. Et paucos post dies, quamquam periculum captivitatis evasisset, infamiam non vitavit.

22. *Profectus Novesium Bonnamque ad visenda castra, quae hyematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat, disjecto agmine, incuriosis vigiliis. Animadversum id Germanis; et insidias composuere. Electa nox atra nubibus, et prono amne rapti, nullo prohibente, vallum ineunt. Prima coedes astu adjuta: incisis tabernaculorum funibus, suismet tentoriis coopertos trucidabant. Aliud agmen turbare classem; injicere vincla; trahere puppes. Utque ad fallendum silentio, ita, coepta caede, quo plus terroris adderent, cuncta clamoribus miscebant. Romani, vulneribus exciti, quaerunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari, plerique circum brachia torta veste, et strictis mucronibus. Dux semisomnis ac prope intectus errore hostium servatur. Namque Praetoriam navem, vexillo insignem, illic ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat,*

tuna, precipitosi gittansi al Reno i Germani. Civile, nel rattenere i fuggenti, riconosciuto, e da saette investito, passò, lasciato il cavallo, a nuoto. Pari fu di Verace lo scampo. Tutore e Classico sopra due scafe, quivi approdate, involaronsi. Neppure allora le nostre navi, com'era imposto, intervennero alla battaglia. Ma le rattenne paura, e la ciurma sparsa in altri uffizj di guerra. Ceriale in vero dava assai poco tempo ad eseguire i comandi, presto a risolvere, ma da' successi illustrato, Ajutavalo la fortuna, ove di senno mancasse. Quindi da lui e dall' esercito meno curavasi la disciplina. E pochi dì poi, benchè scampasse al pericolo di prigionìa, l' infamia non isfuggì.

22. Passato a Novesio e a Bonna per visitarvi il campo intrapreso onde svernar le legioni, tornavasi in su le navi, in ordinanza scomposta, senza una scolta. Seppesi da' Germani, e gli appostarono insidie. Scelta una notte ingombra di nuvole, e tratti dalla corrente, entran nelle trincee senza ostacolo. La prima strage fu dall' astuzia ajutata. Taglian le funi de'padiglioni, e gli ammazzano inviluppati fra le lor tende medesime. Altri scompiglian l' armata, gittano i canapi, tiran le navi. E come avanzaron mutoli per sorprenderli; così per dare maggior terrore, incominciata la strage, tutto di grida assordavano. Scossi i Romani dalle ferite, cercano l' armi, rovinano per le strade, pochi vestiti d' usbergo, i più ravvoltesi le vesti al braccio, e con le spade impugnate. Il capitano insonnito, e pressochè nudo, salvasi per errore degl' inimici. Poichè la nave pretoria, nota per lo stendardo, rapiscono, credendo esservi il capitano.

ut plerique credidere, *ob stuprum Claudiae Sacratae*, *mulieris Ubiae. Vigiles flagitium suum Ducis dedecore excusabant*, *tamquam* jussi silere, ne quietem ejus turbarent. Ita, intermisso signo et vocibus, se quoque in somnum lapsos. *Multa luce revecti hostes*, *captivis navibus*, *Praetoriam triremem*, *flumine Luppia*, *donum Veledae traxere*.

23. *Civilem cupido incessit navalem aciem ostentandi. Complet*, *quod biremium*, *quaeque simplici ordine agebantur. Adjecta ingens lintrium vis; tricenis quadragenisque armamenta Liburnicis solita; et simul captae lintres sagulis versicoloribus haud indecore pro velis juvabantur. Spatium velut aequoris electum*, *quo Mosae fluminis amnem Rhenus Oceano adfundit. Caussa instruendae classis*, *super insitam genti vanitatem, ut eo terrore commeatus Gallia adventantes interciperent. Cerialis miraculo magis*, *quam metu*, *direxit classem*, *numero imparem*, *usu remigum*, *gubernatorum arte*, *navium magnitudine potiorem. His flumen secundum: illi vento agebantur. Sic praevecti*, *tentato telorum jactu*, *dirimuntur. Civilis*, *nihil ultra ausus*, *trans Rhenum concessit. Cerialis*, *insulam Batavorum hostiliter populatus*, *agros villasque Civilis intactos*, *nota arte ducum*, *sinebat: cum interim*, *flexu autumni*, *et crebris pluvialibus imbribus superfusus amnis palustrem humilemque insulam in faciem stagni opplevit. Nec classis*, *aut commeatus aderant: castraque*, *in plano sita*, *vi fluminis differebantur*.

Passò Ceriale altrove la notte in tresca, come credettero i più, con Claudia Sacrata, donzella Ubia. Le guardie lo scorno loro con l' ignominia del capitano scusavano, *come ordinasse lor di tacere per non turbargli il riposo: così, tralasciati i cenni e le voci, furono anch' essi presi dal sonno*. Tornatisi a gran giorno i nemici con le rapite navi, trassero la pretoria pel fiume Luppia in dono a Velleda.

23. Prese Civile la brama di spiegar forza navale. Arma quant' eran navi a due ordini e anche a un solo di remi. Aggiugne gran quantità di scafe, trenta o quaranta armandone come fuste, e insieme le scafe prese, che vagamente in luogo di vele usavano saj di vario colore. Scelse per luogo l' ampiezza come di un mare, là ve' congiunto alla Mosa il Reno gittasi nell' Oceano. Corredò tale armata; oltre alla natural vanità de' Batavi, per arrestare con tale spavento i viveri, che si recavan di Gallia. Ceriale più tosto per maraviglia che per timore schierò l' armata; minor di numero; per abilità di remeggio, per maestrìa di governo, e per grandezza di navi, più poderosa. Questi dalla corrente, quelli sospinti dal vento, giunsero ad affrontarsi, e sol co' dardi azzuffatisi, si divisero. Civile, non altro osando, oltre il Reno si ritirò. Ceriale, messa a rovina l' isola intera de' Batavi, lasciava intatte con l' arte solita de' capitani e terre e case a Civile, sinchè piegando l' autunno, e dalle dirotte pioggе ingrossato il fiume tutta inondò la bassa e palustre isola: ne' v' eran navi, nè viveri; e andavan gli alloggiamenti travolti dalla violenza del fiume.

24. Potuisse tunc opprimi legiones, et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos, *imputavit Civilis. Neque abhorret vero, quando paucis post diebus deditio insecuta est. Nam Cerialis, per occultos nuntios*, Batavis pacem, Civili veniam, *ostentans, Veledam propinquosque monebat*, fortunam belli, tot cladibus adversam, opportuno erga Populum Romanum merito mutare. Caesos Treveros, receptos Ubios, ereptam Batavis patriam: neque aliud Civilis amicitia peractum, quam vulnera, fugas, luctus: exulem eum, et extorrem, recipientibus oneri: et satis peccavisse, quod totiens Rhenum transcenderint; si quid ultra moliantur, inde injuriam et culpam, hinc ultionem et Deos fore. *Miscebantur minis promissa.*

25. *Et, concussa Transrhenanorum fide, inter Batavos quoque sermones orti:* non prorogandam ultra ruinam: nec posse ab una natione totius orbis servitium depelli. Quid perfectum caede et incendiis legionum, nisi ut plures validioresque accirentur? Si Vespasiano bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri; sin Populum Romanum armis provocent, quotam partem generis humani Batavos esse? Respicerent Rhaetos Noricosque, et ceterorum onera sociorum: sibi non tributa, sed virtutem et viros indici. Proximum id libertati: et, si dominorum electio sit, honestius Principes Romanorum, quam Germanorum foeminas tolerari. *Haec vulgus; Proceres atrociora*: Civilis rabie semet in arma trusos: illum domesticis malis excidium gentis opposuisse. Tunc infensos Batavis Deos, cum ob-

24. *Potersi allora distruggere le legioni, ed i Germani volerlo, ma per sua frode placatisi,* Civile a merito si attribuì. Ed è credibile; perocchè dopo alquanti giorni s' arrese. Poichè Ceriale per messaggeri segreti offrendo *la pace a' Batavi, ed a Civile perdono*, esortava Velleda e i suoi congiunti, *che la fortuna scambiassero d' una guerra per tante rotte infelice in un merito al popolo romano accettevole. Trucidati i Treviri, ripresi gli Ubj, tolta la patria a' Batavi: nè di Civile altro fruttò l' amicizia, che stragi, fughe, dolori. Andarne ora fuggiasco ed esule, di peso a chi lo ricovera. Abbastanza errarono col passar tante volte il Reno. E se altro pure ardiranno, di là l' ingiuria e la colpa, di qua sarebbero la vendetta e gli Dei.* Promesse alle minacce meschiavansi.

25. E già crollando la fedeltà de' Germani, anche da'Batavi incominciava a discorrersi: *non doversi oltre spingere la ruina; nè da una sola nazione potersi rompere le catene di tutto il mondo. Che altro mai guadagnatosi con la strage e gl' incendj delle legioni, che più chiamarne e più forti? Se guerra per Vespasiano intrapresero, Vespasiano è già signore del mondo. Se poi si volle minacciar Roma; che parte sono dell' uman genere i Batavi? Riguardassero i Reti e i Norici, e i carichi degli altri alleati. A' Batavi non tributi, ma virtù chiedersi ed uomini. Ciò a libertà avvicinarsi; e se padroni han da scegliersi, con minor onta i Principi de' Romani, che de' Germani le femmine, sosterrebbonsi.* Queste dal volgo: da' grandi usci-

siderentur legiones, interficerentur Legati, bellum uni necessarium, ferale ipsis, sumeretur. Ventum ad extrema, ni resipiscere incipiant, et noxii capitis poena poenitentiam fateantur.

26. *Non fefellit Civilem ea inclinatio, et praevenire statuit: super taedium malorum, etiam spe vitae, quae plerumque magnos animos infringit. Petito colloquio, scinditur Nabaliae fluminis pons. In cujus abrupta progressi Duces, et Civilis ita coepit:* Si apud Vitellii Legatum defenderer; neque facto meo venia, neque dictis fides debebatur. Cuncta inter nos inimica, hostilia, ab illo coepta, a me aucta erant. Erga Vespasianum vetus mihi observantia: et, cum privatus esset, amici vocabamur. Hoc Primo Antonio notum, cujus epistolis ad bellum accitus sum, ne Germanicae legiones et Gallica juventus Alpes transcenderet. Quae Antonius epistolis, Hordeonius Flaccus praesens monebat, arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria, Aponius in Moesia, Flavianus in Pannonia . . . .

HISTORIARUM FINIS.

vano più atroci cose: [13] *il furor di Civile gli spinse all' armi: egli la sua rovina con l' esterminio della nazione sostenne. Allor co' Batavi gl' Iddii crucciaronsi, che si oppugnavano le legioni, uccideansi i legati, guerra, ad un sol necessaria, ferale a tutti, assumevasi. Essere già perduti, se non cominciano a ravvedersi, e col supplizio del capo reo pentiti non si dimostrino.*

26. Non si celò tale disposizione a Civile; e divisò prevenirla, oltre alla noja de' travagli, per isperanza ancora di vita, la qual sovente i grandi animi abbatte. Chiesto un abbocamento, rompesi il ponte di sopra al fiume Nabalia: in cima alle sue rovine i capitani avanzatisi, Civile così parlò: *Se di Vitellio con il Legato mi discolpassi, nè all' opere mie perdono, nè fede alle mie parole dovrebbesi. Tra noi non erano che inimicizie ed ostilità, da lui cominciate, moltiplicate da me. Fui sempre veneratore di Vespasiano, e quando egli era privato, amici noi chiamavamoci. A Primo Antonio è ciò noto; dalle cui lettere io fui chiamato alla guerra, perchè le legioni Germaniche e la gioventù Gallica non sorpassassero l' Alpi. Quell' armi, a cui per lettere Antonio, a voce Ordeonio Flacco mi stimolavano, io mossi nella Germania; quelle, che in Siria Muciano, Aponio in Mesia, Flaviano in Pannonia . . . .*

FINE DELLE STORIE.

DE

MORIBUS GERMANIAE

1. *Germania omnis a Gallis Rhaetisque et Pannoniis, Rheno et Danubio fluminibus; a Sarmatis Dacisque, mutuo metu aut montibus, separatur. Cetera Oceanus ambit, latos sinus et insularum immensa spatia complectens, nuper cognitis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellum aperuit. Rhenus, Rhaeticarum Alpium inaccesso ac praecipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus, septentrionali Oceano miscetur: Danubius, molli et clementer edito montis Abnobae jugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpit: septimum enim os paludibus hauritur.*

2. *Ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos; quia nec terra olim, sed classibus, advehebantur, qui mutare sedes quaerebant: et immensus ultra, utque sic dixerim, adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. Quis porro, praeter periculum horridi et ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris, asperam coelo, tristem cultu adspectuque, nisi si patria sit?*

DE'

COSTUMI DELLA GERMANIA

---

1. La Germania intera dividono da' Galli e Rezj e Pannonj i fiumi Reno e Danubio; da'Sarmati e Daci i monti o la paura reciproca. Il resto cerchiasi dall' Oceano, che vasti golfi e immense isole abbraccia, con alcuni popoli e re dianzi manifestatici dalla guerra. Sbocca il Reno dal rovinoso e inaccessibil giogo dell'Alpi Rezie, e leggermente piegatosi ad occidente tuffasi nell' Oceano settentrionale. Il Danubio, sgorgando dalla men erta e dolce pendice del monte Abnoba, trascorre molte nazioni, sino che per sei bocche nel mar Eusino si scarica; poichè la settima inghiottesi da paduli.

2. Credo nativi i Germani di quelle terre, nè per concorso nè per ospizio meschiati d' altre nazioni; chè non per terra una volta, ma in sulle navi recavansi quanti cercavano mutar celo: e rare navi oltracciò dal nostro mondo veleggiano per quell' immenso e quasi per così dire nemico Oceano. Chi veramente, oltre al pericolo d' ignoto ed orrido mare, lasciata o l' Asia, o l' Affrica, o Italia, in Germania andrebbe, di suolo squallida, aspra di cielo, trista di forme e d' aspetto, se non gli è patria?

Celebrant carminibus antiquis (*quod unum apud illos memoriae et annalium genus est*) Tuistonem Deum, terra editum et filium Mannum, originem gentis conditoresque. Manno tris filios *adsignant*, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Hermiones, ceteri Istaevones vocentur. *Quidam autem*, *licentia vetustatis*, plures deo ortos, pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suevos, Vandalios *adfirmant*: eaque vera et antiqua nomina. Ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum: quoniam, qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint. Ita nationis nomen in nomen gentis evaluisse paullatim, ut omnes, primum a victore ob metum, mox a seipsis, invento nomine, *Germani* vocarentur.

3. Fuisse apud eos et Herculem *memorant*, *primumque omnium virorum fortium ituri in praelia canut*. *Sunt illis haec quoque carmina*, *quorum relatu*, *quem* Barritum *vocant*, *accendunt animos*, *futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur*. *Terrent enim*, *trepidantve*, *prout sonuit acies*. *Nec tam vocis ille*, *quam virtutis concentus videtur*. *Affectatur praecipue asperitas soni*, *et fractum murmur*, *objectis ad os scutis*, *quo plenior et gravior vox repercussu intumescat*. *Ceterum et* Ulixem, *quidam opinantur*, longo illo et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse Germaniae terras, Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodieque in-

Celebran con cantiche antiche (unico loro genere di memorie e di annali) *il Dio Tuistone e Manno natogli dalla terra* [1] , *padri ed istitutori della nazione. A Manno* assegnano *tre figliuoli*, *da' nomi de' quali i vicini all' Oceano Ingèvoni*, *i posti in mezzo Ermioni*, *gli altri Istèvoni s' appellassero* . Alcuni poi per licenza d'antichità , *padre* il vogliono *di più Dei*, *da' quali si nominasser più genti*, *Marsi*, *Gambrivj*, *Suevi*, *Vandali ; ed essere questi i veri ed antichi nomi. Il nome poi di Germania*, *nuovo ed assunto recentemente : perocchè i primi, che i Galli espulsero passato il Reno*, *ed or si chiamano Tungri*, *Germani allora si dissero*. *A poco a poco talmente il nome della brigata su quello della nazione prevalse*, *che tutti* , *prima dal vincitore per atterrire*, *poi da sè stessi*, *per l' inventato nome* [2] , *Germani si nominarono* .

3. Narranno ancora *essere stato tra loro un Ercole*, e primo il cantano di tutt' i forti nell' inoltrarsi a combattere . Usano ancora tali canzoni, col cui concento, che chiaman essi *Barrito* , gli animi accendono, e presagiscono dal canto stesso la sorte della futura battaglia . Poichè atterriscono o tremano secondo il romoreggiar dell' esercito . Nè sembra accordo di voci , ma di valore . Studiano spezialmente aspro suono e rombo spezzato col por gli scudi alla bocca, perchè l' ululo ripercossone con più fragore rimbombi . Per altro alcuni ancor pensano, *che Ulisse* , *tratto dal lungo e favoloso errar suo, penetrasse nella Germania* , *e che Asciburgo* , *il qual posto in su la riva del*

colitur, ab illo constitutum, nominatumque. Aram quin etiam Ulixi consecratam, adjecto Laertae patris nomine, eodem loco olim repertam, monumentaque, et tumulos quosdam, Graecis litteris inscriptos, in confinio Germaniae Rhaetiaeque adhuc extare. *Quae neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat, vel addat fidem.*

4. *Ipse eorum opinionibus accedo, qui* Germaniae Populos nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam, et sinceram, et tantum sui similem, gentem exstitisse, *arbitrantur. Unde habitus quoque corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces et caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora, et tantum ad impetum valida. Laboris atque operum non eadem patientia: minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inediam coelo solove adsueverunt.*

5. *Terra, etsi aliquanto specie differt, in universum tamen aut silvis horrida, aut paludibus foeda: humidior, qua Gallias; ventosior, qua Noricum ac Pannoniam adspicit: satis ferax: frugiferarum arborum impatiens: pecorum foecunda, sed plerumque improcera. Ne armentis quidem suus honor, aut gloria frontis: numero gaudent, eaeque solae et gratissimae opes sunt. Argentum et aurum propitii an irati Dii negaverint, dubito. Nec tamen adfirmaverim, nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est? possessione et usu haud perinde adficiuntur. Est videre apud*

Reno s' abita anch' oggi, da lui s' edificasse e appellasse. Anzi già pur trovatasi nel luogo stesso un' ara sacra ad Ulisse col nome di Laerte suo padre, ed esservi ancor memorie e sepolcri con greche lettere in sul confin della Rezia e della Germania. Le quali cose nè sostenere, nè abbattere, è mio consiglio: credale ognuno o discredale a suo talento.

4. Io m' attengo all' opinione di que' che stimano *i popoli della Germania, non guasti mai da matrimonj stanieri, si conservassero nazione propria, e sincera, e solo simile a sè.* Onde, benchè in tanto numero, son tutti gli uomini d' una forma: occhi fieri ed azzurri, chiome biondissime, corpi grandi, ma sol gagliardi all' assalto; non egualmente durano fatiche e stenti; nè sete e caldo sopportano, a freddo e fame dal cielo e dal terreno assuefatti.

5. La terra, benchè d' aspetto non sempre eguale, è pure generalmente di boscaglie orrida, o di paludi ingombrata: umida ove risguarda le Gallie, ventosa ove il Norico e la Pannonia; di biade fertile, ritrosa a piante fruttifere, abbondevole di bestiame, ma picciolo per lo più: nè i buoi v' han pure splendor di membra o di corna. Del numero si compiacciono; e queste sono le sole e più gradite ricchezze. Argento ed oro non saprei dir se per ira o per favore non s' abbiano degl' Iddii. Non affermerei tuttavia non esser vena d' argento o d' oro in Germania, poichè chi mai l' esplorò? E possederne ed usarne, assai poco agognano. Bel-

illos argentea vasa, legatis et principibus eorum muneri data, non in alia utilitate, quam quae humo finguntur: quamquam proximi, ob usum commerciorum, aurum et argentum in pretio habent, formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt, atque eligunt: interiores simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant veterem et diu notam, Serratos, Bigatosque. Argentum quoque magis quam aurum sequuntur, nulla adfectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior usui est promiscua ac vilia mercantibus.

6. *Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis, aut majoribus lanceis utuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo* frameas, *gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri, et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaque contentus est: pedites et missilia spargunt, pluraque singuli, atque in immensum vibrant, nudi aut sagulo leves. Nulla cultus jactatio: scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt: paucis loricae: vix uni alterive cassis, aut galea. Equi non forma, non velocitate conspicui: sed nec variare gyros, in morem nostrum, docentur. In rectum aut uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe, ut nemo posterior sit. In universum aestimanti, plus penes peditem roboris: eoque mixti praeliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos, ex omni juventute delectos, ante aciem locant. Definitur*

lo è veder presso loro vasi d'argento donati a' loro legati e principi, pregiarsi come di creta; benchè i vicini, per la necessità del commercio, han caro l'oro e l'argento, e alcune monete apprezzano di nostro conio: i più remoti con antica semplicità cambiar le merci accostumano. Delle monete pregian le antiche, e da gran tempo note, i *Serrati* e i *Bigati*. Più ancor l'argento che l'oro curano, per niun' affezione, ma perchè prestasi più facilmente l'argento ad ogni comune e misero traffico.

6. Nè il ferro pure vi abbonda, come raccogliesi dalla ragione dell'armi. Pochi usano spade o lance; aste, o com' essi dicono *framee*, portano con ferro corto ed angusto, ma sì pungenti e trattabili, che ove il bisogno stringa, con la stess' arma dappresso o di lontano combattono. E il cavaliere ancora di scudo e d'asta contentasi. I fanti scagliano ancor saette, e ognuno molte e lontanissimo vibrane; ignudi o in semplice sajo. Niuna pompa di abbigliamento: sol de' più vaghi colori gli scudi abbellano: pochi han corazza, appena uno o due casco od elmo. Cavalli non per bellezza, non per velocità ragguardevoli: nè a volteggiare all' uso nostro si addestrano. Innanzi o a destra gli spronano, così fra loro serrati che niun rimangasi indietro. A prenderli in generale il maggior nervo è ne' fanti; e perciò misti combattono, egregiamente ad equestre zuffa adattandosi l'agilità de' fanti, cui fra l'intera gioventù scelti pongono in fronte della battaglia. N' è circoscritto an-

et numerus: centeni *ex singulis pagis sunt: idque ipsum inter suos vocantur: et quod primo numerus fuit, jam nomen et honor est. Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis praeliis referunt. Scutum reliquisse, praecipuum flagitium: nec aut sacris adesse, aut concilium inire, ignominioso fas: multique superstites bellorum infamiam laqueo finierunt.*

7. *Reges ex nobilitate; Duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas: et Duces exemplo potius, quam imperio: si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. Ceterum, neque animadvertere, neque vincire, ne verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum: non quasi in poenam, nec ducis jussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt: effigiesque, et signa quaedam, detracta lucis, in praelium ferunt. Quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae et propinquitates, et in proximo pignora, unde foeminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium: hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt: nec illae numerare, aut exugere plagas pavent. Cibosque et hortamina pugnantibus gestant.*

8. *Memoriae proditur, quasdam acies, inclinatas jam et labantes, a foeminis restitutas con-*

che il numero: *cento* d' ogni contado; e *cento* appunto fra loro appellansi; e ciò che in prima fu numero, ora è titolo e dignità. A cunei schieran gli eserciti. Ritrarsi, purchè ritorni all' assalto, più senno estimano che paura. I corpi de' suoi riportansi pur nelle dubbie battaglie. Somma vergogna è gittar lo scudo; nè più lece al vituperoso assistere a' sagrifizj, o mescersi nelle assemblee; e molti, alle battaglie avanzati, finirono di capestro.

7. Per nobiltà i re, i capitani eleggonsi per valore. Non infinita, o assoluta è la potenza de' re; e i capitani più coll' esempio che col potere, se valorosi, se ragguardevoli, se innanzi spingansi nella zuffa, con l' ammirazione comandano. Ma nè punire, nè imprigionare, nè batter pure, se non a' sacerdoti, è permesso: nè quasi a pena, nè per ordine del capitano, ma come il Dio comandandolo, che presente credono a' combattenti; e ne recano alla battaglia le immagini, e alcune insegne da' sacri boschi divelte. E ciò che più rincorane la fortezza, è che non a ventura, nè per accozzo fortuito, formansi a squadre od a cunei, ma per famiglie, e per attegnenze, e co' pegni appresso, onde gli ululi delle donne, onde i vagiti s'odano de' bambini. Questi sono a ciascuno i testimoni i più santi, questi i più gran lodatori. Alle madri, alle mogli recano le ferite; nè quelle tremano a numerarne ed a curarne le piaghe. Ed alimenti e conforti porgono a' combattenti.

8. Narrasi che alcune schiere già volte, già rovesciate, restituironsi dalle donne con la costanza

stantia precum et objectu pectorum, et monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius foeminarum suarum nomine timent: adeo, ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur. Inesse quin etiam sanctum aliquid, et providum putant: nec aut consilia earum adspernantur, aut responsa negligunt. Vidimus, sub divo Vespasiano, Velledam, diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed et olim Auriniam, et compluris alias venerati sunt, non adulatione, nec tamquam facerent Deas.

9. *Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant: pars Suevorum et Isidi sacrificat. Unde caussa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum, in modum liburnae figuratum, docet, advectam religionem. Ceterum, nec cohibere parietibus deos, neque in ullam humani oris speciem adsimulare, ex magnitudine coelestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant, Deorumque nominibus adpellant secretum illud, quod sola reverentia vident.*

10. *Auspicia, sortesque, ut qui maxime, observant. Sortium consuetudo simplex. Virgam, frugiferae arbori decisam, in surculos amputant, eosque, notis quibusdam discretos, super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. Mox, si publice consulatur, Sacerdos civitatis; sin privatim, ipse pater familiae precatus deos, coelum*

de' preghi, e coll'opporre i lor petti, e col mostrar vicina la schiavitù, che più fieramente temono in grazia delle lor donne: talchè si legano più fortemente gli animi delle città, se fra gli ostaggi si esigono anche gentili donzelle. Reputan anzi splendere in esse un raggio di provvida divinità, nè i loro consigli sprezzano, nè gli oracoli ne trascurano. Vedemmo sotto il divin Vespasiano Velleda lungamente da' più quale deità venerata; come ancor prima Aurinia ed altre molte adorarono, non per adulazione, nè come Dee le facessero.

9. Adorano degli Dei principalmente Mercurio, cui tengon lecito in certi giorni immolar vittime umane. Ercole e Marte placano con animali ordinarj. Parte de' Suevi sagrifica ancora ad Iside. Onde e perchè lo straniero culto addottassero bastantemente non avvisai, se non che il simbolo stesso, espresso in forma di nave, mostra di fuori apportatosi. Per altro chiuder fra muri gl'Iddii, o in forme umane ritrarli, stimano indegno alla maestà de' Celesti. Boschetti e selve consagrano, e con nomi divini appellano quel solitario orrore, che con la sola venerazione comprendono.

10. Osservano auspicj e sorti più ch'altri mai. Semplice è il trar delle sorti. Troncano e tagliano a brani una verga di fruttifero albero, e con alcune note contrassegnatili, confusamente e a fortuna spargon su candida veste: poi, se l'affare sia pubblico, il sacerdote della città, se privato, il padre stesso della famiglia, supplicato agl'Iddii, e risguar-

que suspiciens, ter singulos tollit, sublatos, secundum impressam ante notam, interpretatur. Si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio; sin permissum, auspiciorum adhuc fides exigitur. Et illud quidem etiam hic notum, avium voces, volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque praesagia ac monitus experiri: publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi et nullo mortali opere contacti: quos pressos sacro curru Sacerdos ac Rex vel Princeps civitatis comitatur, hinnitusque ac fremitus observant. Nec ulli auspicio major fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. Se enim ministros Deorum, illos conscios putant. Est et alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, cum qua bellum est, captivum, quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt. Victoria hujus vel illius pro praejudicio accipitur.

11. *De minoribus rebus Principes consultant; de majoribus omnes: ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur. Coeunt, nisi quid fortuitum et subitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur: nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec ut jussi, conveniunt, sed*

dando il cielo, tre volte prende que' brani, e secondo l'impressa nota gl'interpreta. Se divietasi, più non trattasi di quell'affare in quel dì: se permettesi, la fede ancora richiedesi degli auspicj: ed anche qui pur invalse il rito d'interrogare il volo ed il garrir degli uccelli. È proprio della nazione esplorar gli avvisi e i presagj pur de' cavalli. Dal pubblico negli stessi boschetti e boschi se ne alimentan de' candidi e a mortal fatica non usi, che sottoposti ad un carro sacro il sacerdote e il re o il principe della città gli accompagnano; e il fremito ed il nitrito ne osservano. Nè altr'auspicio è di maggior fede, non per la plebe soltanto, ma pe' grandi, pe' sacerdoti: perocchè reputan sè ministri, quei consapevoli degli Dei. Avvi pur altra ragion d'auspicj, onde i successi esplorano di gran guerre. Un prigioniero comunque fatto della nazione, con cui guerreggiasi, cimentano con il miglior de' suoi prodi, ciascuno con armi patrie; qual d'essi vinca è pronostico della vittoria.

11. De' piccioli affari i principi, de' gravi tutti consultano: così però, che pur quelli, che dalla plebe dipendono, si trattin prima da' principi. Congregansi, ove improviso caso non sorga, in dì fissi a luna nascente o piena: chè tal principio alle azioni reputan felicissimo. Nè per dì contano, come noi, ma per notti. Così prescrivono, così denunziano. La notte sembra guidare il giorno. Produce tale disordine la libertà, che insieme nè all'ora imposta s'assembrano, ma due e tre giorni consumano a ragunarsi. Compito il numero, seggono armati.

et alter, et tertius die cunctatione coeuntium absumitur. Ut turbae placuit, considunt armati. Silentium per Sacerdotes, quibus tum et coercendi jus est, imperatur. Mox Rex, vel Princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiunt, auctoritate suadendi magis, quam jubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu adspernantur; sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum adsensus genus est, armis laudare.

12. *Licet apud concilium accusare quoque, et discrimen capitis intendere. Distinctio poenarum ex delicto. Proditores et transfugas arboribus suspendunt: ignavos, et imbelles, et corpore infames, coeno ac palude, injecta insuper crate, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed et levioribus delictis, pro modo, poena. Equorum pecorumque numero convicti multantur: pars multae Regi vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis ejus exolvitur. Eliguntur in iisdem conciliis et Principes, qui jura per pagos vicosque reddant. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul et auctoritate, adsunt.*

13. *Nihil autem neque publicae neque privatae rei, nisi armati agunt. Sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso concilio, vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaque juvenem ornant. Haec apud illos*

Silenzio intimasi da' Sacerdoti, che allora han pure autorità di correggere. Il re quindi o il principe, secondo la età, o nobiltà, o gloria militare, o facondia ascoltasi, con maggiore autorità di consiglio, che potestà di comando. Se ne dispiacque il parere, col fremito lo rigettano: ove piacque, crollano l'aste. È qualità d' assenso onorevolissima, lodar con l'armi.

12. Lecito è pure muover accuse e capitali querele nell' assemblea. Le pene giusta i delitti distinguonsi. Appiccano traditori e ribelli agli alberi: imbelli, e vili, e di corpo vituperosi nel fango o in una palude, postavi sopra un erpice, attuffano. Il fine della diversità del supplizio è, che allorchè si puniscono, debbonsi palesare i misfatti, celar le nefandità. Ma per lievi delitti ancora, in ragion delle pene, i rei d'un numero di cavalli e greggie si multano. Porzion della multa al re od alla città, porzione all' offeso pagasi o a'suoi congiunti. Nelle stesse assemblee si eleggono ancora i principi, che la giustizia pe' borghi e pe' contadi amministrino. Cento del popolo ad ogni principe assistono, per consigliarlo insieme e frenarlo.

13. Niuna poi trattano privata o pubblica cosa, se non armati. Ma prender l'armi niuno accostuma, prima che degno il reputi la città. Allor nel concilio stesso o qualcun de' principi, o il padre, ovvero un congiunto ornano il giovane di scudo e d' asta. Questa è la toga loro; il primo fregio egli

toga, hic primus juventae honos: ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicae. Insignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentulis adsignant. Ceteris robustioribus ac jampridem probatis adgregantur: nec rubor, inter comites adspici. Gradus quin etiam et ipse comitatus habet, judicio ejus, quem sectantur: magnaque et comitum aemulatio, quibus primus apud Principem suum locus; et Principum, cui plurimi et acerrimi comites. Haec dignitas, hae vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. Expetuntur enim legationibus, et muneribus ornantur, et ipsa plerumque fama bella profligant.

14. *Cum ventum in aciem, turpe Principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem Principis non adaequare. Jam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem Principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae ejus adsignare, praecipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant; comites pro Principe. Si civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt ultro eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt: quia et ingrata genti quies, et facilius inter ancipitia clarescunt; magnumque comitatum non nisi vi belloque tueare. Exigunt enim Principis sui*

è questo di gioventù: innanzi a ciò membri estimansi della famiglia, poscia della repubblica. Nobiltà segnalata, o gran meriti de' maggiori, a'giovanetti ancora compartono riputazione di principe. Co' più robusti e già prima sperimentati s'aggregano; nè mostrarsi d'altrui corteggio è vergogna. Anzi ha lo stesso corteggio ancora i suoi gradi, a senno di chi corteggiasi. E grande è pure la gara de'corteggianti, per esser dappresso al principe; e de'principi, per aver numero più grande e nobile di seguaci. Questa è dignità, questa è forza, essere sempre in mezzo a gran treno di scelti giovani, splendore in pace, sostegno in guerra. Nè solamente nella nazione propria, ma presso ancor le città vicine, è pregio, è gloria, per numero e per valore di corteggianti risplendere: poichè con ambascerie si lusingano, e di presenti s'onorano, e per lo più le guerre col solo nome disperdono.

14. Ove combattasi, è turpe al principe, di valore esser vinto; turpe a' compagni, non agguagliare il valor del principe. È poi per tutta la vita vituperoso ed infame ritrarsi, sopravvivendo al suo principe, dalla battaglia. Difenderlo, custodirlo, le proprie prodezze ancora a sua gloria ascrivere, è principal sacramento. I principi per la vittoria, i compagni combattono per il principe. Se la città, in cui nacquero, in ozio per lunga pace impigrisca, i più de'nobili giovani spontaneamente recansi ov'arda guerra: perchè discaro è alla nazione il riposo, e più facilmente illustransi tra pericoli, e gran corteggio se non con forza e con guerra non sosterrai. Poichè riscuotono dalla cortesia del suo

liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulae, et, quamquam incompti, largi tamen adparatus, pro stipendio cedunt: materia munificentiae per bella et raptus. Nec arare terram, aut expectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hostes et vulnera mereri: pigrum quin immo et iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare.

15. *Quotiens bella non ineunt, multum venatibus, plus per otium transigunt, dediti somno ciboque. Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus et penatium et agrorum cura foeminis senibusque, et infirmissimo cuique ex familia, ipsi hebent: mira diversitate naturae, cum iidem homines sic ament inertiam, et oderint quietem. Mos est civitatibus, ultro ac viritim conferre Principibus, vel armentorum, vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subvenit. Gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis, sed publice mittuntur: electi equi, magna arma, phalerae, torquesque. Jam et pecuniam accipere docuimus.*

16. *Nullas Germanorum populis urbes habitari, satis notum est: ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem, connexis et cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitia aedificandi. Ne coementorum quidem*

principe ed il pugnace destriero e la vincitrice asta omicida. Imperocchè la mensa e i lauti benchè rozzi apparecchj s' hanno a ragion di stipendio. Tale munificenza guerre e rapine alimentano. Nè così facilmente loro persuaderesti ad arar la terra, aspettar la ricolta, come a sfidar nemici, e a meritarsi ferite. Sembra anzi inerzia e viltà con il sudore acquistarsi quanto si può guadagnar col sangue.

15. Qualor non avvi romor di guerra, molto alla caccia, il più del tempo dannosi all'ozio, nel sonno e nella crapola immersi. I più gagliardi e belligeri, commesso alle donne, a' vecchi, e a' più deboli il governo della famiglia e de' campi, inoperosi poltriscono: con prodigiosa contrarietà di natura, tanto gli stessi uomini ed aman l'ozio e la quiete abborrono. Usano le città dare ciascuna spontaneamente a' principi degli armenti e de' frutti suoi, lo che, per onore offerto, sovviene anco alle necessità. Compiaccionsi principalmente de' doni de' popoli confinanti, che non da' privati solo, ma dallo Stato s' inviano; cavalli scelti, grand' armi, barde, e collane. Noi gl' insegnammo a prender anche danaro.

16. Assai gli è noto non abitarsi città da' popoli di Germania, nè tollerarsi pure abitazioni contigue. Albergano separati e divisi, secondochè un fonte, un campo, una foresta lor piacque. Pongono borghi, non a nostr' uso, con edifizj congiunti: ognuno forma la casa in isola, o per guardarsi dagli accidenti del fuoco, o per imperizia di fabbricare. Nè adoprano sassi o tegole: usan per ogni cosa legna-

apud illos aut tegularum usus: materia ad omnia utuntur informi, et citra speciem aut delectationem. Quaedam loca diligentius inlinunt terra, ita pura ac splendente, ut picturam ac lineamenta colorum imitetur. Solent et subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hyemi et receptaculum frugibus: quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt: et, si quando hostis advenit, aperta populatur; abdita autem et defossa, aut ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quaerenda sunt.

17. *Tegumen omnibus sagum, fibula, aut, si desit, spina consertum: cetera intecti, totos dies juxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente. Gerunt et ferarum pelles, proximi ripae negligenter, ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras, et detracta velamina spargunt maculis, pellibusque belluarum, quas exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec alius foeminis quam viris habitus, nisi quod foeminae saepius lineis amictibus velantur: eosque purpura variant, partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudae brachia ac lacertos, sed et proxima pars pectoris patet.*

18. *Quamquam severa illic matrimonia: nec ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidi-*

mi rozzi, e senza lustro o vaghezza. Alcuni luoghi studiosamente rimpalmano di terra sì pura e lucida, che la pittura e i tratti imitano de'colori. Sogliono pure scavar sotterra spelonche, che sopraccarican di letame per ripararsi dal verno e ricettarvi le biade, perchè l'asprezza del freddo in siffatti luoghi addolciscono, e se i nemici pur vengano, gli aperti campi saccheggiano; quant'è sotterra celato, o ignorasi, o appunto inganna perchè si dee ricercare.

17. Vestono tutti sajo, unito con un fermaglio, o, mancando, con una spina; il resto ignudi, gl'interi giorni intorno al focolare consumano. I ricchissimi si distinguono per una veste, non ondeggiante, siccome i Sarmati e i Parti, ma stretta ed esprimente ogni membro. Portan pur pelli di fiere, i vicini alla riva neglettamente, i remoti con maggior garbo, siccome que'che non sono inciviliti dal traffico. Scelgon le fiere, e le tratte spoglie ne aspergono di macchie e pelli di bestie, che dall'esteriore Oceano e da un mare ignoto produconsi. Le donne vestono come gli uomini, se non che quelle per lo più velansi di panno lino varieggiato di porpora e senza maniche, le braccia e gli omeri ignude. Mostrasi ancor la vicina parte del petto.

18. Benchè son là severissimi i matrimonj: nè altra parte più loderesti de'lor costumi. Chè soli quasi de'barbari d'unica moglie s'appagano, trattine molto pochi, che non per libidine, ma per

ne, sed ob nobilitatem, plurimis nuptiis ambiuntur. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus, offert. Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant. Munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus nova nupta comatur; sed boves, et frenatum equum, et scutum cum framea gladioque. In haec munera uxor accipitur: atque invicem ipsa armorum aliquid viro adfert. Hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos conjugales deos arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam; idem in pace, idem in praelio passuram ausuramqe. Hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic vivendum, sic pereundum: accipere se, quae liberis inviolata ac digna reddat, quae nurus accipiant, rursusque ad nepotes referant.

19. *Ergo septae pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae. Literarum secreta viri pariter ac foeminae ignorant. Paucissima in tam numerosa gente adulteria; quorum poena praesens, et maritis permissa. Accisis crinibus, nudatam, coram propinquis, expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Publicatae enim pudicitiae nulla venia: non forma, non aetate, non opibus maritum invenerit. Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere et corrumpi, saeculum vocatur. Melius quidem adhuc eae civitates, in quibus tantum virgines*

nobiltà, da molte donne s'agognano. Dote non dalla moglie al marito s'offre; ma dal marito alla moglie. I genitori ed i congiunti intervengono, e i doni approvano: doni non apprestati per lusingare i vezzi, nè per fregiare la vanità della sposa; ma buoi, cavallo bardato, e scudo con asta e spada. Con tali doni la moglie accettasi, ed essa reca a vicenda alcune armi al marito. Questo essi estimano il più forte vincolo, questi gli arcani riti, questi gl'Iddii conjugali. Perchè la donna scevra non credasi da'pensieri delle virtù e de'casi delle battaglie, gli stessi auspicj, onde stringesi il matrimonio, l'avvertono, ch'entra delle fatiche e de'perigli compagna, che in pace e'n guerra dovrà soffrire ed osar lo stesso: ciò gli aggiogati buoi, ciò l'acconciato cavallo, ciò l'armi offerte dichiarano. Così dover vivere, così morire: ch'ella riceve doni da rendere inviolati e degni a'figliuoli, da riceversi dalle nuore, che tali a' posteri li trasmettano.

19. Guardano dunque severamente la castità, non da spettacoli seducenti, non da conviti voluttuosi corrotte. Uomini e donne egualmente gli arcani ignorano delle lettere. Rarissimi in tanto popolo gli adulterj; de' quali pronta è la pena, ed a'mariti commessa. Mozzale i crini, la spoglia innanzi a'parenti ignuda, di casa cacciala e la flagella per ogni borgo il marito. Poichè non avvi perdono di prostituta onestà: non avvenenza, non gioventù, non ricchezza marito le acquisterebbe. Poichè niun burlasi là de' vizj: nè viziare e viziarsi *costume* appellasi. Meglio ancor usano quelle città, ove sol vergini si maritano, e solo una volta speranza e

nubunt, et cum spe votoque uxoris semel transigitur. Sic unum accipiunt maritum quo modo unum corpus, unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium, ament. Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur. Plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonae leges.

20. *In omni domo nudi ac sordidi, in hos artus, in haec corpora, quae miramur, excrescunt. Sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt: donec aetas separet ingenuos, virtus agnoscat. Sera juvenum Venus; eoque inexhausta pubertas. Nec virgines festinantur; eadem juventa, similis proceritas. Pares validaeque miscentur: ac robora parentum liberi referunt. Sororum filiis idem apud avunculum, qui apud patrem honor. Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur, et in accipiendis obsidibus magis exigunt; tamquam ii et animum firmius, et domum latius, teneant. Heredes tamen successoresque sui cuique liberi: et nullum testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, patrui, avunculi. Quanto plus propinquorum, quo major adfinium numerus, tanto gratiosior senectus: nec ulla orbitatis pretia.*

21. *Suscipere tam inimicitias, seu patris, seu propinqui, quam amicitias, necesse est. Nec im-*

brama di nozze accendesi. Così prendono un sol marito, come un sol corpo e un'anima sola, perchè altra cura non prendale, altro disìo non le infiammi, e nel marito principalmente amino il matrimonio. Limitare il numero de' figliuoli, o alcuno ucciderne de' soprannati [3], si reputa scelleraggine: e quivi i buoni costumi vagliono più che altrove le buone leggi.

20. Ignudi e sordidi per ogni casa, a queste membra, a questi corpi, che ci sorprendono, crescono. Ciascuno dalla sua madre allattasi, nè si commette a serve e nutrici. Padrone e servo niun vezzo di educazione distingue. In mezzo agli stessi armenti, in sullo stesso terreno vivonsi finchè l'età gli separi, ed il valore distingua i liberi. Tardi s'avviva il senso ne' giovani; ed è perciò vigorosa la pubertà: nè preste sono a fiorir le vergini. Hanno in egual giovinezza pari statura. Robuste ed eguali accoppiansi, ed i figliuoli il vigore esprimono de' genitori. I figli delle sorelle in egual pregio s'hanno dal zio che dal padre. Alcuni estiman più forte e santo tal vincolo di affinità; e questi principalmente esigonsi per ostaggi, come più saldo ritengan l'animo e stringano più famiglie. Son tuttavia di ciascuno eredi e successori i suoi figli; nè usano testamenti. Ove non abbian figli, succedono i più congiunti, i fratelli, i zii paterni, i materni. Quanto s'ha più congiunti, quanto maggiore è il numero degli affini, tanto più pregiasi la vecchiezza: nè d'alcun frutto è la sterilità.

21. Forza è del padre o del congiunto così le amicizie assumere, come le inimicizie: nè durano

placabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus: utiliter in publicum; quia periculosiores sunt inimicitiae juxta libertatem. Convictibus et hospitiis non alia gens effusius indulget. Quemcumque mortalium arcere tecto, nefas habetur: pro fortuna quisque adparatis epulis excipit. Cum defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii et comes, proximam domum non invitati adeunt: nec interest: pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad jus hospitii, nemo discernit. Abeunti, si quid poposcerit, concedere moris: et poscendi invicem eadem facilitas. Gaudent muneribus: sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis.

22. *Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur, saepius calida, ut apud quos plurimum hyems occupat. Lauti, cibum capiunt: separatae singulis sedes, et sua cuique mensa. Tum ad negotia, nec minus saepe ad convivia, procedunt armati. Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebrae, ut inter vinolentos, rixae, raro conviciis, saepius coede et vulneribus transiguntur. Sed et de reconciliandis invicem inimicis, et jungendis adfinitatibus, et adsciscendis Principibus, de pace denique ac bello, plerumque in conviviis consultant: tamquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta, nec callida,*

inesorabili. Poichè lo stesso omicidio espiasi con certo numero di bestiami e di armenti, e la famiglia intera n'è soddisfatta: con pubblica utilità; perchè sono le inimicizie in ragion della libertà più terribili. Niun'altra gente è sì prodiga ne'conviti e nelle ospitalità. Cacciar di casa qualsiasi, ingiuria estimasi: ciascuno alberga e convita in ragione delle sostanze. Consumate che sieno, quei, ch'era dianzi ospite, guidalo ad altro ospizio, e nella vicina casa non invitati si recano: nè rileva; con pari umanità si ricevono. Conoscansi o non conoscansi, quanto alla ragion dell'ospizio, non si considera. Nel partire, se alcuna cosa domandi, usa concedersi; ed a vicenda chiedesi con eguale facilità. Amano i doni; ma nè col darli t'obbligano, nè ti si legano col riceverli. Vivon con gli ospiti piacevolmente.

22. Appena destisi, e dormir sogliono sino a giorno, con acqua lavansi per lo più calda, siccome quelli che lungamente son travagliati dal verno. Dal bagno recansi a mensa: seggon divisi, ed ha ciascuno diviso il desco. Van quindi armati agli affari, come anche spesso a'conviti. Trar giorno e notte bevendo, non è vergogna. Le spesse risse, solite tra briachi, non con rampogne, ma con ferite e morti si definiscono. Ma e di riconciliar nemici, e di stringere parentele, e di crear principi, di pace alfine e di guerra, sovente a mensa consultano; come in niun altro tempo alle ingenue speculazioni più s'apra l'animo, o più s'accenda alle grandi, gente non destra, nè scaltra, svela per la licenza del luogo anco i segreti del cuore. La mente

aperit adhuc secreta pectoris licentia loci. Ergo detecta et nuda omnium mens postera die retractatur; et salva utriusque temporis ratio est. Deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt.

23. *Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus. Proximi ripae et vinum mercantur. Cibi simplices: agrestia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine adparatu, sine blandimentis, expellunt famem: adversus sitim non eadem temperantia. Si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis, quam armis, vincentur.*

24. *Genus spectaculorum unum atque in omni coetu idem. Nudi juvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu jaciunt. Exercitatio artem paravit, ars decorem: non in quaestum tamen, aut mercedem; quamvis audacis lasciviae pretium est, voluptas spectantium. Aleam (quod mirere) sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo jactu de libertate et de corpore contendant. Victus voluntariam servitutem adit: quamvis junior, quamvis robustior, adligari se ac venire patitur: ea est in re prava pervicacia: ipsi fidem vocant. Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriae exolvant.*

25. *Ceteris servis, non in nostrum morem, descriptis per familiam ministeriis, utuntur.*

dunque di tutti scoperta e nuda il dì seguente si riconsiglia; nè mancasi alla ragione d'entramb'i tempi. Propongono, quando non sanno fingere: stabiliscono, quando non possono errare.

23. Usano bere un liquore d'orzo o di grano, corrotto a guisa di vino. Compran ancor del vino i vicini al Reno. Semplice è il cibo: frutti silvestri, cacciagion fresca, o latte rappreso. Senz' apparecchio, senz'esche caccian la fame. Non usan contro la sete egual temperanza. Se la ebrietà ne lusinghi, di vino empiendoli quanto bramano, li vincerai co' vizj con non minore facilità che con l'armi.

24. Un solo genere di spettacoli, e in tutte le adunanze il medesimo. Giovani ignudi, che di tal giuoco dilettansi, d'un salto scagliansi tra il menar d'aste e di spade. L'esercizio ne fornì l'arte, e l'arte la proprietà; non per guadagno però, nè a prezzo: quantunque premio dell' animoso giuoco è il piacere de' riguardanti. Sobrii, cosa che ti sorprenderà, trattano il giuoco seriosamente con tant' animosità di guadagnare o di perdere, che quando tutto ne andò, giuocano sè medesimi. Il vinto assume schiavitù volontaria: benchè più giovane, benchè più forte, si lascia legare e vendere. Tale in perversa cosa n' è la caparbietà: fede da loro s'appella. Vendonsi a' trafficanti i servi di tal ragione, per torsi anch'essi il rossore di tal vittoria.

25. Degli altri servi non valgonsi come noi, distribuendoli agli usi della famiglia: ciascuno la pro-

Suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, ut colono, injungit: et servus hactenus paret. Cetera domus officia uxor ac liberi exequuntur. Verberare servum, ac vinculis et opere coercere, rarum. Occidere solent, non disciplina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, nisi quod impune. Libertini non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, numquam in civitate; exceptis dumtaxat iis gentibus, quae regnantur. Ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

26. *Fenus agitare et in usuras extendere, ignotum: ideoque magis servatur, quam si vetitum esset. Agri, pro numero cultorum, ab universis in vices occupantur, quos mox inter se, secundum dignationem, partiuntur: facilitatem partiendi camporum spatia praestant. Arva per annos mutant; et superest ager: nec enim cum ubertate et amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant, et prata separent, et hortos rigent; sola terrae seges imperatur. Unde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species: hyems, et ver, et aestas intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur.*

27. *Funerum nulla ambitio: id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec vestibus, nec odoribus, cumulant: sua cuique arma, quorundam igni et equus adjicitur. Sepulchrum cespes erigit.*

pria casa, ciascuno il suo podere governa. Il padrone tassa il colono d' una misura di grano, o d' un numero di bestiame, o di vesti: nè ad altro s' obbliga il servo. Agli altri ufficj della famiglia la moglie e i figli proveggono. Raro flagellasi un servo, ed al travaglio ed al carcere si condanna. Sogliono ucciderli, non per esempio e severità, ma per furia ed ira, come un nemico, se non che impunemente. I liberti di poco avanzano i servi: raro han qualche autorità nella casa, niuna nella città; trattone solo quelle nazioni, ch'han re. Poichè quivi e su i nobili e su gl'ingenui prevalgono. Appo l'altre l'inferiorità de'liberti è prova di libertà.

26. Prestiti ad interesse ed aumenti di usure non si conoscono; e perciò fuggonsi più che se fosser vietati. I campi in ragion de'cultori da tutti sono alternamente occupati, che poi tra loro secondo il grado dividono. La vastità de'campi ne agevola la divisione. Mutan paese annualmente, e sopravvanza il terreno. Perchè nè con l' estensione nè con l'ubertà del suolo le lor fatiche gareggiano, cosicchè piantin pomieri, rinchiudan prati, giardini inaffino: le sole biade esigonsi dalla terra. Onde neppur dividono lo stess' anno in altrettante stagioni. Si nomina e si conosce il verno, la primavera, la state: il nome e' frutti egualmente ignoransi dell'autunno.

27. Niuna vanezza di funerali. Solo accostumano d' ardere con certe legna i cadaveri de' segnalati. Alla catasta del rogo profumi e vesti non soprappongono. Ciascuno con l' armi sue, alcuni s'ardono ancora con il cavallo. La tomba formasi d' un ce-

Monumentorum arduum et operosum honorem, ut gravem defunctis, adspernantur. Lamenta ac lacrymas cito, dolorem et tristitiam tarde, ponunt. Foeminis lugere honestum est; viris meminisse. Haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc singularum gentium instituta ritusque, quatenus differant, quae nationes, e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

28. *Validiores olim Gallorum res fuisse, summus auctorum Divus Julius tradit: eoque credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos. Quantulum enim amnis obstabat, quo minus, ut quaeque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc, et nulla regnorum potentia divisas? Igitur inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boji, Gallica utraque gens, tenuere. Manet adhuc* Bojhemi *nomen, significatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus. Sed utrum Aravisci in Pannoniam ab Osis, Germanorum natione, an Osi ab Araviscis in Germaniam, commigraverint, cum eodem adhuc sermone, institutis, moribus utantur, incertum est: quia, pari olim inopia ac libertate, eadem utriusque ripae bona malaque erant. Treveri et Nervii circa adfectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tamquam, per hanc gloriam sanguinis, a similitudine et inertia Gallorum separentur. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes. Ne Ubii*

spuglio. Il faticoso ed eccessivo onore de'monumenti, come a'defonti grave, disprezzano. Presto i lamenti e le lagrime, tardi lasciano la tristezza e il cordoglio. È doveroso alle donne piagnerli: agli uomini ricordarsene. Tali sono le cose che dell'origine e de'costumi di tutt'i Germani in genere raccogliemmo. Ora le istituzioni d'ogni nazione, e i differenti riti di ciascheduna, e quali Germani in Gallia si trasportassero, discorrerò.

28. Narra il divino Giulio, principe degli autori, ch'eran le Gallie una volta di maggior forza: ond'è credibile, che i Galli ancora nella Germania passassero. Qual freno in fatti era un fiume per impedire a nazioni, cresciute in forza, occupare e tramutar sedi comuni ancora, nè separate da forza alcuna di regni? Gli Elvezj dunque tra il Reno, il Meno, e la Selva Ercinia; i Boj più adentro, nazione Gallica entrambe, si stabilirono. Dura il nome ancor di *Bojemi*, e del luogo serba l'antica memoria, benchè mutati gli abitatori. Ma se gli Aravisci dagli Osi, nazion Germana, in Pannonia, o gli Osi dagli Aravisci in Germania si trapiantassero, usando ancora la stessa lingua costumi e leggi, è mal noto: perchè, egualmente poveri e liberi, i beni ed i mali stessi nell'una e nell'altra riva incontravano. I Treviri e i Nervj oltre modo ambiscono parer di sangue germanico, come se per la gloria di tale origine dalla sembianza distinguansi e dalla inerzia de' Galli. In sulla riva del Reno abitan certo popoli di Germania, i Vangìoni, i Trìboci, i Nèmeti. Nè pur gli Ubj, benchè meritassero d'esser colonia Romana, e *Agrippinesi* più volen-

quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint, ac libentius Agrippinenses, *conditoris sui nomine, vocentur, origine erubescunt, transgressi olim, et experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.*

29. *Omnium harum gentium virtute praecipui Batavi, non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis, colunt, Cattorum quondam populus, et seditione domestica in eas sedes transgressus in quibus pars Romani Imperii fierent. Manet honos, et antiquae societatis insigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus adterit: exempti oneribus et conlationibus, et tantum in usum praeliorum sepositi, velut tela atque arma, bellis reservantur. Est in eodem obsequio et Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo Populi Romani ultra Rhenum, ultraque veteres terminos, Imperii reverentiam. Ita sede finibusque in sua ripa, mente animoque nobiscum, agunt, cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo et coelo acrius animantur. Non numeraverim inter Germaniae populos, quamquam trans Rhenum Danubiumque consederint, eos qui Decumates agros exercent. Levissimus quisque Gallorum, et inopia audax, dubiae possessionis solum occupavere. Mox limite aucto, promotisque praesidiis, sinus imperii, et pars provinciae habentur.*

30. *Ultra hos Catti initium sedis ab Haercynio saltu inchoant, non ita effusis ac palustribus locis, ut ceterae civitates, in quas Germania*

tieri dal nome del suo fondatore appellinsi, della origine si vergognano, già trapiantati, e per la fede esperimentatane posti in su la riva del Reno, a riparo, non a custodia.

29. Fra tutte queste nazioni pimarj i Batavi per valore non abitan molta riva, ma l'isola del fiume Reno: popolo già di Catti, e da' civili tumulti in que' luoghi ricoveratisi per farvi parte della potenza romana. Dura l'onore e il segno dell'antica alleanza: poichè nè gravansi di tributi, nè gabelliere gli scarna. Scevri di taglie e di carichi, e riservati soltanto all'uopo delle battaglie, a guisa di dardi e d'armi, serbansi per le guerre. Nella medesima devozione è la nazione ancor de' Mattiaci. Poichè la maestà del Popol Romano estese oltre il Reno, ed oltre i confini antichi, la venerazion dell' Imperio. Così col corpo nella lor riva, con l'animo e con la mente vivono con esso noi: nel resto simili a' Batavi, se non che dallo stesso terreno e cielo della lor patria sono ancor più ferocemente animati. Non conterò tra' popoli di Germania, benchè tra il Reno e il Danubio sieno, que' che travagliano le decimali campagne. I più abbietti Galli, e per inopia audaci, invasero terre d'incerto dominio. Ampliati poscia i confini, ed avanzati i presidj, s' hanno per una estremità dell' Imperio, e parte d' una provincia.

30. Dopo questi trae dalla selva Ercinia principio la regione de' Catti, in luoghi non così vasti e palustri, come le altre città, nelle quali allargasi

patescit. Durant siquidem colles, paullatimque rarescunt : et Cattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit. Duriora genti corpora, stricti artus, minax vultus, et major animi vigor. Multum (ut inter Germanos) rationis ac solertiae : praeponere electos, audire praepositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare : quodque rarissimum, nec nisi ratione disciplinae concessum, plus reponere in Duce, quam in exercitu. Omne robur in pedite, quem, super arma, ferramentis quoque et copiis onerant. Alios ad praelium ire videas, Cattos ad bellum. Rari excursus, et fortuita pugna. Equestrium sane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere. Velocitas juxta formidinem, cunctatio propior constantiae est.

31. *Et aliis Germanorum populis usurpatur, rara et privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum vertit, ut primum adoleverint crinem barbamque submittere, nec, nisi hoste coeso, exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. Super sanguinem et spolia revelant frontem, seque* tum demum pretia nascendi retulisse, dignosque patria ac parentibus *ferunt. Ignavis et imbellibus manet squalor. Fortissimus quisque ferreum insuper annulum (ignominiosum id genti) velut vinculum gestat, donec se coede hostis absolvat. Plurimis Cattorum hic placet habitus. Jamque canent insignes, et hosti-*

la Germania. Poichè continuano le colline, e a poco a poco spariscono: ed accompagna la selva Ercinia ed abbandona insieme i suoi Catti. Han essi più duri corpi, membra nervose, feroce aspetto, e più vigor d'animo. Molto, quanto ne può tra' Germani, senno e sagacità: eleggersi buoni capi, ubbidire agli eletti, osservar gli ordini, conoscere le occasioni, temperar gl'impeti, disporre il giorno, trincierarsi la notte, poco dalla fortuna, tutto attendere dal valore, e, ciò ch'è più raro e sol frutto di disciplina, più confidare nel capitano che nell'esercito. Tutta la forza è ne' fanti, che, oltre all'armi, carican anche di ferramenti e di viveri. Diresti che gli altri vanno alla zuffa, i Catti alla guerra. Rare le scorrerie, e le improvise battaglie: perocch'è proprio della cavalleria presto vincere, presto cedere. La velocità s'appressa a paura; l'indugio approssimasi a costanza.

31. E ciò, che tra gli altri popoli di Germania sol usan pochi, e di privato ardimento, è comun rito fra' Catti, lasciarsi crescere, appena adulti, capelli e barba, nè mai deporre tal qualità di aspetto votiva e sacra al valore, se non ucciso un nemico. Sopra quel sangue, su quelle spoglie scuopron la fronte, e *allor finalmente* vantansi *che di nascere meritassero, e della patria sien degni e de' genitori*. Gl'imbelli e vili rimangono nello squallore. I più valorosi portano inoltre un anel di ferro, segno d'infamia tra loro, come un legame, sinchè non se ne sciolgano con l'ammazzare un nemico. Piace a' più de' Catti tal ornamento: e incanutisco-

bus simul suisque monstrati. Omnium penes hos initia pugnarum: haec prima semper acies, visu torva. Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt. Nulli domus, aut ager, aut aliqua cura: prout ad quemque venere, aluntur: prodigi alieni, contemptores sui: donec exanguis senectus tam durae virtuti impares faciat.

32. *Proximi Cattis certum jam alveo Rhenum, quique terminus esse sufficiat, Usipii ac Tencteri, colunt. Tencteri, super solitum bellorum decus, equestris disciplinae arte praecellunt. Nec major apud Cattos peditum laus, quam Tencteris equitum. Sic instituere majores, posteri imitantur. Hi lusus infantium, haec juvenum aemulatio, perseverant senes. Inter familiam, et penates, et jura successionum, equi traduntur: excipit filius, non, ut cetera, maximus natu, sed prout ferox bello et melior.*

33. *Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis, vicinarum consensu nationum: seu superbiae odio, seu praedae dulcedine, seu favore quodam erga nos Deorum. Nam ne spectaculo quidem praelii invidere. Super LX millia, non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat, quaeso, duretque gentibus, si non amor nostri, at certe odium sui: quando, urgentibus Imperii*

no già segnalati , e mostrati non meno a' suoi che a' nemici . Questi i principj accendono d'ogni battaglia; son questi sempre la prima schiera, di spaventevole aspetto: poichè neppur nella pace lasciano il fiero sembiante. Niuno ha casa, o campo, o altra briga . Mangiano ovunque s' incontrano , prodighi dell'altrui, sprezzatori del proprio; sinchè un'esangue vecchiezza li rende inabili a tanto dura virtù .

32. Vicini a' Catti abitan presso il Reno , che ha già proprio letto e bastante ad esser confine, gli Usipj e i Tènteri. I Tènteri, oltre all' usata gloria dell' armi, per arte e forza cavalleresca prevalgono. Nè più s'han pregio pe' fanti i Catti, che i Tènteri pe' cavalli. Tale fu l' uso degli avi, tal è de' posteri . Son questi i giuochi de' lor fanciulli: e questa è l' emulazione de' giovani, l' occupazione de' vecchi . Insieme alla casa e a' servi e alle ragioni di súccessione vanno i cavalli . Passano al figlio , non, come il resto , per età primo , ma più feroce e chiaro nell' armi .

33. Appresso a'Tènteri già s'incontravano i Brutteri . Ora si narrano colà passati i Càmavi e gli Angrivarj, cacciati e distrutti i Brùtteri interamente, o per odiarne l' orgoglio, o per vaghezza di preda, o per favore verso noi massimo degl' Iddii. Poichè neppur lo spettacolo ci sottrassero della battaglia . Oltre a sessantamila, non di romano ferro, ma, ciò ch'è pur più magnifico, caddero per ricreare i nostri occhi . Deh viva e duri nelle nazioni, se non l'amore di noi, l'odio almeno di loro stesse: giacchè a' destini, già minaccianti l'imperio, miglior

fatis, nihil jam praestare fortuna majus potest, quam hostium discordiam.

34. *Angrivarios et Camavos a tergo Dulgibini, et Chasuarj cludunt, aliaeque gentes haud perinde memoratae. A fronte Frisii excipiunt.* Majoribus minoribusque Frisiis *vocabulum est, ex modo virium. Utraeque nationes usque ad Oceanum Rheno praetexuntur, ambiuntque immensos insuper lacus, et Romanis classibus navigatos. Ipsum quin etiam Oceanum illa tentavimus: et superesse adhuc Herculis columnas fama vulgavit: sive adiit Hercules, seu, quidquid ubique magnificum est, in claritatem ejus referre consuevimus. Nec defuit audentia Druso Germanico: sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentavit: sanctiusque ac reverentius visum, de actis Deorum credere, quam scire.*

35. *Hactenus in Occidentem Germaniam novimus. In Septemtrionem ingenti flexu redit. Ac primo statim Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis, ac partem litoris occupet, omnium, quas exposui, gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos usque sinuetur. Tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et implent: populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri: sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretique, nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Idque praecipuum virtutis ac virium argumentum est, quod, ut superiores agant, non per injurias adsequun-*

contrasto oppor non può la fortuna, che la discordia degl'inimici.

34. I Dulgibini e i Casuarj, ed altre genti di non eguale celebrità, chiudono i Càmavi e gli Angrivarj alle spalle. Dinanzi albergano i Frisj. *Maggiori* i Frisj e *minori*, in ragion delle forze, appellansi. Entramb'i popoli estendonsi lungo il Reno sino all' Oceano, e inoltre intorniano laghi immensi, navigati pur dall' armate romane. Che anzi di là tentammo lo stesso Oceano, e corse fama esservi ancor le colonne d' Ercole: o Ercole vi penetrasse, o sia pur uso a sua gloria apporre quanto v' ha mai di magnifico. Nè cuore mancò a Druso Germanico; ma non comportò l' Oceano che nè di lui nè d' Ercole si cercasse. Niuno poi lo tentò; e parve più rispettoso e santo credere degl' Iddii, che saperne le maraviglie.

35. Sin qui scorremmo la Germania a ponente. Ripiegasi con gran giro a settentrione. E prima s' incontran subito i Cauci: benchè da' Frisj comincino, e tengan parte del lido, costeggian tutte le dette genti, sinchè ne' Catti s' internano. Non solo i Cauci posseggono sì vasto spazio, ma lo riempiono: popolo nobilissimo tra' Germani, e che più tosto con la giustizia vuol sostenere la sua grandezza; senz' avidità, senza orgoglio, quieti e spartati, guerre non destano, con rapimenti o ruberie non corseggiano. Ed è primario argomento di loro forza e virtù, che non per mezzo d' ingiurie in superiorità si mantengono. Tutti han però pronte l' armi, e, se bisogna, gli eserciti: gran forza d'uo-

tur. Prompta tamen omnibus arma, ac, si res poscat, exercitus: plurium virorum equorumque: et quiescentibus eadem fama.

36. *In latere Chaucorum Cattorumque Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem inlacessiti nutrierunt. Idque jucundius, quam tutius, fuit: quia inter impotentes et validos falso quiescas; ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt. Ita, qui olim* boni aequique Cherusci, *nunc* inertes ac stulti *vocantur: Cattis victoribus fortuna in sapientiam cessit. Tracti ruina Cheruscorum et Fosj contermina gens, adversarum rerum ex aequo socii, cum in secundis minores fuissent.*

37. *Eundem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens. Veterisque famae late vestigia manent, utraque ripa castra, ac spatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis, et tam magni exercitus fidem. Sexcentesimum et quadragesimum annum Urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Caecilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Ex quo si ad alterum Imperatoris Trajani Consulatum computemus, ducenti ferme et decem anni conliguntur. Tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi aevi spatio, multa invicem damna: non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeve, ne Parthi quidem saepius admonuere. Quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis, quam coedem Crassi, amisso et ipso Pacoro, infra Ventidium*

mini e di cavalli; e nella quiete, la stessa riputazione.

36. A fianco de' Cauci e Catti i Cherusci, non provocati, in soverchia e lunga pace marcirono, con più diletto che sicurtà: perchè tra prepotenti e ambiziosi falsamente riposerai: ove si viene alle mani, la modestia e la probità son titoli del più forte [4]. Così i Cherusci, che *buoni e giusti* dicevansi, or *vili e stolti* s' appellano: senno ne' Catti vincitori si reputò la fortuna. I Cherusci trassero seco in esterminio anche i Fosj, popolo confinante, ugual compagno nelle sciagure, benchè non tale nelle prosperità.

37. Nel seno stesso della Germania son presso all'Oceano i Cimbri, nazione or piccola, ma di gran fama; e dell' antica lor gloria serbano ampie vestigie i campi nell' una e nell' altra riva, i cui spazj mostran anch' oggi la forza e il numero della nazione, e fan fede di tanto esercito. Era la città nostra nel secentesimo quadragesimo anno, quando la prima volta s' udiron l' arme de' Cimbri, consoli Cecilio Metello e Papirio Carbone. Dal qual consolato se computiamo sino al secondo dell' imperadore Trajano, dugentodieci anni in circa si contano: di tal peso è vincere la Germania. In così lungo intervallo molte sconfitte alternaronsi. Non il Sannita, non i Cartaginesi, non le Spagne o le Gallie, neppure i Parti sì spesso ci travagliarono: perocch'è più del regno d' Arsace fiera la libertà de' Germani. Che altro in fatti che la uccisione di Crasso, spentone però Pacoro, può rinfacciarci

dejectus Oriens objecerit? At Germani Carbone, et Cassio, et Scauro Aurelio, et Servilio Cepione, Cn. quoque Manlio fusis vel captis, quinque simul consulares exercitus Populo Romano, Varum, tresque cum eo legiones, etiam Caesari abstulerunt. Nec impune C. Marius in Italia, Divus Julius in Gallia, Drusus ac Nero et Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes C. Caesaris minae in ludibrium versae. Inde otium, donec occasione discordiae nostrae et civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias adfectavere: ac rursus pulsi inde, proximis temporibus triumphati magis quam victi sunt.

38. *Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum Tencterorumve, gens: majorem enim Germaniae partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quamquam in commune* Suevi *vocentur. Insigne gentis obliquare crinem, nodoque substringere. Sic Suevi a ceteris Germanis, sic Suevorum ingenui a servis, separantur. Sic in aliis gentibus, seu cognatione aliqua Suevorum, seu (quod saepe accidit) imitatione, rarum, et intra juventae spatium; apud Suevos, usque ad canitiem, horrentem capillum retro sequuntur, ac saepe in ipso solo vertice religant. Principes et ornatiorem habent. Ea cura formae, sed innoxiae. Neque enim ut ament amenturve; in altitudinem quandam et terrorem, adituri bella, compti, ut hostium oculis, ornantur.*

29. Vetustissimos se nobilissimosque Suevorum

l' Oriente domato già da Ventidio? Ma i Germani, disfatti o presi Carbone, e Cassio, e Scauro Aurelio, e Servilio Cepione, e ancor Marco Mallio, in una volta al popol romano tolsero cinque eserciti consolari, Varo e con lui tre legioni anche a Cesare: nè impunemente Cajo Mario in Italia, il divo Giulio in Gallia, Druso e Nerone e Germanico ne' lor paesi gli ruppero. Poi le tremende minacce di Cajo Cesare a scherno gli ritornarono. Quindi fu pace; finchè animati dalle discordie nostre e dalle guerre civili, espugnato il campo delle legioni, anche alle Gallie aspirarono, e nuovamente cacciatine, furon di questi giorni più trionfati che vinti.

38. Ora direm de' Suevi, che un popol solo non formano, siccome i Tènteri e' Catti: poichè posseggono la maggior parte della Germania, divisi ancora di proprj nomi e nazione, benchè *Suevi* generalmente s' appellino. È proprio di tal nazione rattorcere e rannodare i capegli. Così tra gli altri Germani i Suevi scernonsi, così tra' Suevi i liberi dagli schiavi. Così nell' altre nazioni, o per alcuna affinità co' Suevi, o, come avviene, per imitargli, di raro s' usa ed in gioventù: presso i Suevi sino alla canutezza attorcigliano l' orrida capigliera, e spesso solo in sul colmigno l' annodano. I principi con maggior cura l' adornano; non per commercio d'amore, ma per vaghezza innocente: nel muovere alle battaglie, arruffando paurosamente la chioma, come in su gli occhi degl' inimici s' acconciano.

39. *I più antichi e' più nobili tra' Suevi* i Sèn-

Semnones memorant. Fides antiquitatis religione firmatur. Stato tempore in silvam, auguriis patrum et prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coeunt, coesoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Est et alia luco reverentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, ut minor, et potestatem numinis prae se ferens. Si forte prolapsus est, adtolli et insurgere haud licitum: per humum evolvuntur; eoque omnis superstitio respicit, tamquam inde initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cetera subjecta atque parentia. Adjicit auctoritatem fortuna Semnonum: centum pagis habitantur: magnoque corpore efficitur, ut se Suevorum caput credant.

40. *Contra Langobardos paucitas nobilitat. Plurimis ac valentissimis nationibus cincti, non per obsequium, sed praeliis et periclitando, tuti sunt. Reudigni deinde, et Aviones, et Angli, et Varini, et Eudoses, et Suardones, et Nuithones, fluminibus aut silvis muniuntur. Nec quidquam notabile in singulis, nisi quod in commune Herthum, id est, Terram matrem, colunt, eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur. Est in insula Oceani castum nemus, dicatumque in eo vehiculum, veste contectum. Attingere uni Sacerdoti concessum. Is adesse penetrali Deam intelligit, vectamque bubus foeminis multa cum veneratione prosequitur. Laeti tunc dies, festa loca, quaecumque adventu hospitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma sumunt: clausum omne ferrum: pax*

noni si millantano. La religione attestane l'antichità. In dì prefisso tutt'i popoli di quel sangue per ambascerie si ragunano in una selva, per antichi presagj ed antico orror sacra, e ucciso in pubblico un uomo gli orrendi misteri celebran del rito barbaro. Prestasi alla foresta anche un'altra venerazione. Niuno entravi se non avvinto di ferri, umiliandosi, come inferiore, alla potenza della Divinità. Se casualmente stramazzi, vietasi di rialzarsi: ravvoltolansi per terra, e tutta la superstizione a ciò mira, che di là tragga origine la nazione, là sieda il Dio regnatore, gli serva il resto e obbedisca. Ciò si avvalora della fortuna de'Sennoni. Abitan cento borghi: ed il gran corpo fa ch'esser capo de'Suevi si credano.

40. Il poco numero per lo contrario nobilita i Longobardi. Cinti da molti e gagliardissimi popoli, non con la sommissione, ma con i rischj e le battaglie sostengonsi. Quindi Reudigni, Avioni, Angli, Varini, Eudosi, Suardoni, e Nuitoni da fiumi, o selve difendonsi; nè cosa v'ha da notarsi in questi, se non che adorano generalmente Erto, cioè la madre terra, e credono, che nelle cose umane intramettasi, e visiti le nazioni. Avvi in un'Isola dell'Oceano un bosco inviolato; toccare il carro ivi sacrato alla Dea, coperto d'un drappo, al solo sacerdote è permesso. Costui conosce quand'entra nel santuario la Dea, e tratta da due giovenche con molta venerazione accompagnala. Allor festeggiasi; allor tripudiano tutti i luoghi, ove arrivar si degna ed albergare la Dea. Non trattan guerre, non prendon armi, chiuso è ogni ferro: sol pace e quiete

et quies tunc tantum nota, tunc tantum amata, donec idem Sacerdos satiatam conversatione mortalium Deam templo reddat. Mox vehiculum et vestes, et, si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Servi ministrant; quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri vident.

41. *Et haec quidem pars Suevorum in secretiora Germaniae porrigitur. Propior (ut, quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar) Hermundurorum civitas, fida Romanis, eoque solis Germanorum non in ripa commercium, sed penitus, atque in splendidissima Rhaetiae provinciae colonia. Passim et sine custode transeunt: et, cum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his domos, villasque patefecimus, non concupiscentibus. In Hermunduris Albis oritur, flumen inclitum et notum olim; nunc tantum auditur.*

42. *Juxta Hermunduros Narisci, ac deinde Marcomanni et Quadi agunt. Praecipua Marcomannorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes, pulsis olim Bojis, virtute parta. Nec Narisci Quadive degenerant. Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danubio protegitur. Marcomannis, Quadisque usque ad nostram memoriam Reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui et Trudi genus: jam et externos patiuntur. Sed vis et potentia Regibus ex auctoritate Romana. Raro armis nostris, saepius pecunia, juvantur.*

allor regna, sole allor s'amano; sinochè il sacerdote restituisca al tempio la Dea sazia di conversar co'mortali. Il carro quindi, e le vesti, e, se vuoi crederlo, la Dea stessa in un segreto lago si lava. Ministrano a lei de'servi, che tosto inghiottonsi dal lago stesso. Quindi un arcano terrore, ed una santa ignoranza che mai sia ciò che vedesi sol da chi deve morire.

41. E questa parte de'Suevi internasi nelle viscere della Germania. È più vicina (per seguir ora il Danubio, come dianzi il Reno) la nazione degli Ermonduri, fida a' Romani, e perciò soli de'Germani commerciano, non sulla riva, ma da per tutto, nella Colonia pur splendidissima della Rezia. Per tutto passano senza guardia; e dove all'altre nazioni mostriamo soltanto l'armi ed i nostri eserciti, a questi aprimmo le nostre case e le nostre ville, senza che lo bramassero. Nasce negli Ermonduri l'Albi, fiume illustre e noto una volta, ora si nomina appena.

42. Allato degli Ermonduri sono i Narisci; e quindi i Marcomanni ed i Quadi. Somma è la gloria e la forza de' Marcomanni: il soggiorno stesso, cacciati i Boj, con il valore acquistaronsi. Nè i Narisci o i Quadi tralignano. E questa è come la fronte della Germania, sin dove copresi dal Danubio. Ne'Marcomanni e ne'Quadi sino alla nostra età fioriron re di lor gente, prosapia illustre di Moroboduo e di Trudo. Ora pur soffrono re stranieri. Ma forza e nervo s'han essi dalla potenza romana: raro dalle nostr'armi, più spesso giovansi dal danajo.

43. *Nec minus valent retro Marsigni, Gothini, Osi, Burii. Terga Marcomannorum Quadorumque claudunt. E quibus Marsigni, et Burii sermone cultuque Suevos referunt. Gothinos Gallica, Osos Pannonica lingua, coarguit, non esse Germanos; et quod tributa patiuntur. Partem tributorum Sarmatae, partem Quadi, ut alienigenis, imponunt. Gothini, quo magis pudeat, et ferrum effodiunt. Omnesque hi populi pauca campestrium, ceterum saltus et vertices montium jugumque, insederunt. Dirimit enim scinditque Sueviam continuum montium jugum, ultra quod plurimae gentes agunt. Ex quibus latissime patet Lygiorum nomen in plures civitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet, Arios, Helveconas, Manimos, Elysios, Naharvalos. Apud Naharvalos antiquae religionis lucus ostenditur. Praesidet Sacerdos muliebri ornatu: sed* Deos, interpretatione Romana, Castorem Pollucemque *memorant. Ea vis numini: nomen* Alcis. *Nulla simulacra, nullum peregrinae superstitionis vestigium. Ut fratres tamen, ut juvenes, venerantur. Ceterum Arii super vires, quibus enumeratos paullo ante populos antecedunt, truces, insitae feritati arte ac tempore lenocinantur. Nigra scuta, tincta corpora. Atras ad praelia noctes legunt: ipsaque formidine atque umbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente novum ac velut infernum adspectum. Nam primi in omnibus praeliis oculi vincuntur. Trans Lygios Gothones regnantur, paulo jam adductius, quam ceterae Ger-*

43. Nè vaglion meno i Marsigni, i Gotini, gli Osi, ed i Burj, che serrano i Marcomanni e' Quadi alle spalle, tra' quali i Marsigni e i Burj mostransi all'abito ed al linguaggio Suevi. I Gotini dal parlar gallico, e dal pannonico gli Osi, non esser Germani attestasi, ed anche dal soggiacere a' tributi, de' quali i Sarmati in parte, in parte i Quadi, come stranieri, gli aggravano. I Gotini, lo ch'è più scorno, scavano ancora il ferro: e tutti questi popoli abitan poche campagne, ma boschi, e declivi e vette di monti. Perocchè parte e termina la Suevia lunga catena di monti, oltre cui vivono molti popoli, tra' quali grandeggia il nome de' Ligj, diffuso in molte città. Basti nomarne le più potenti: Arii, Elveconi, Manimi, Elisj, Naarvali. Appresso i Naarvali mostrasi un bosco di antica superstizione. Presiedevi un sacerdote in abito femminile, ma da' romani vuolsi che gl'Iddii Castore e Polluce s'adorino. Tal è la forza del Dio; *Alci* n'è il nome. Niun simulacro, niun'orma di estranea superstizione. Son però come fratelli, come giovani, venerati. Ma gli Arj, oltre le forze, onde avanzano i dianzi descritti popoli, fieri, inferociscono con l'arte e il tempo la natural crudeltà. Tingono a negro gli scudi e' corpi, e buje notti scelgono per le battaglie: e con la paura stessa e la tenebrìa del ferale esercito terrore incutono, niun sostenendone degl'inimici l'insolito e quasi infernale aspetto: perocchè gli occhi vinconsi i primi in ogni battaglia. Di là da' Ligj sono i Gotoni sotto regno un poco più rigido che gli altri popoli di Germania, non pero ancora sopra la libertà.

manorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii, et Lemovii: omniumque harum gentium insigne, rotunda scuta, breves gladii, et erga Reges obsequium.

44. *Sujonum hinc civitates, ipso in Oceano, praeter viros armaque classibus valent. Forma navium eo differt, quod utrimque prora paratam semper adpulsui frontem agit: nec velis ministrant, nec remos in ordinem lateribus adjungunt. Solutum, ut in quibusdam fluminum, et mutabile, ut res poscit, hinc vel illinc remigium. Est apud illos et opibus honos: eoque unus imperitat, nullis jam exceptionibus, non precario jure parendi. Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode, et quidem servo: quia subitos hostium incursus prohibet Oceanus, otiosae porro armatorum manus facile lasciviunt. Enimvero neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem, armis praeponere, Regia utilitas est.*

45. *Trans Sujonas aliud mare, pigrum, ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides; quod extremus cadentis jam solis fulgor in ortus edurat, adeo clarus, ut sidera hebetet. Sonum insuper se mergentis audiri, formasque Deorum, et radios capitis adspici, persuasio adjicit. Illuc usque (et fama vera) tantum natura. Ergo jam dextro Suevici maris litore Aestyorum gentes adluuntur: quibus ritus habitusque Suevorum; lingua Britannicae propior. Matrem Deum venerantur: insi-*

Son quindi subito lungo l'Oceano i Rugj e i Lemovj: e son fregio di tutte queste nazioni gli scudi tondi, le corte spade, e la devozione a' lor Re.

44. Quindi le città de' Sujoni, in sullo stesso Oceano, oltre agli uomini e all'armi, in mare poderosissime. Tal delle navi è la forma, ch'han d'ogni banda la prua per sorger sempre di fronte; nè si governan con vele, nè han remi in ordine a' fianchi; ma liberi, come in alcuni fiumi, e qua e là voltabili conforme all'uopo. Anch'essi pregiano le ricchezze: e perciò domina un solo, senza eccezioni, senza diritti di togliersi all'obbidienza. Nè l'armi, come dagli altri Germani, s'usano comunemente; ma chiudonsi da un custode, e ancor servo; poichè l' Oceano allontana ogni nemico assalto improviso. L'armi d'altronde in mani oziose insolentiscono facilmente: nè darle in guardia ad un nobile, ad un ingenuo, anche ad un libertino, è certo utile al Re.

45. Oltre i Sujoni avvi altro mare, stagnante, e quasi che immoto, da cui si crede cingersi e chiudersi il mondo, perchè l'estremo splendore del Sol cadente dura talmente lucido, che indebolisce le stelle. Dalla credulità s'aggiunge che il romor odasi del suo tuffo, e le sembianze veggansi de' cavalli, e i raggi della sua testa. Sin là (vera è tal fama) estendesi la natura. Sono poi gli Estj bagnati dal destro lido del mar Suevo, ch'han de' Suevi le leggi e gli abiti: la lingua accostasi alla britannica. La Madre adorano degli Dei: per insegna di religione

gne superstitionis, formas aprorum gestant. Id pro armis omnique tutela, securum Deae cultorem etiam inter hostes praestat. Rarus ferri, frequens fustium usus. Frumenta ceterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. Sed et mare scrutantur, ac soli omnium succinum, quod ipsi Glesum *vocant, inter vada atque in ipso litore legunt. Nec, quae natura, quaeve ratio gignat, ut Barbaris, quaesitum compertumve. Diu quin etiam inter cetera ejectamenta maris jacebat, donec luxuria nostra dedit nomen. Ipsis in nullo usu: rude legitur, informe perfertur, pretiumque mirantes accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas: quia terrena quaedam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quae implicata humore, mox, durescente materia, cluduntur. Foecundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, ubi thura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse, crediderim; quae vicini solis radiis expressa atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in adversa litora exundant. Si naturam succini admoto igne tentes, in modum tedae accenditur, alitque flammam pinguem et olentem: mox ut in picem resinamve lentescit. Sujonibus Sitonum gentes continuantur. Cetera similes, uno differunt, quod foemina dominatur: in tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant.*

46. *Hic Sueviae finis. Peucinorum, Venedorumque, et Fennorum nationes Germanis an*

portano immagini di cignali. Questa è lor arme e difesa unica; e fa sicuro sin tra'nemici l'adorator della Dea. Raro usan ferro, frequentemente bastoni. Le biade e gli altri frutti coltivano con pazienza ignota all'infingardìa de'Germani. Ma van frugando anche il mare, e soli fra tutti ne'guadi e nel lido stesso raccolgon l'ambra, ch'essi poi chiamano *Gleso*. Nè qual ne sia la natura, onde si generi, cercaron mai, nè compresero. Anzi gran tempo giacque tra gli escrementi del mare, sinchè dal nostro lusso ebbe celebrità [5]. Essi non l'usano; rozza raccogliesi; informe arrecasi; e ne ricevono il prezzo con maraviglia. Puoi però crederla succo d'alberi; perchè traluconvi frequentemente alcuni terrestri insetti, ed ancor volatili, che impigliati da quell'umore, ov'esso induri, vi si rinchiudono. Crederò dunque che, come ne'recessi d'Oriente v'han boschi ed alberi più fecondi, che sudano incensi e balsami, così ve n'abbia nelle regioni e nell'isole d'Occidente, che riscaldati e fusi da'raggi del vicin Sole, cadan nel mare vicino, e dalla furia delle tempeste agli opposti lidi si spingano. Se all'ambra, per esplorarne l'indole, appressi il fuoco, qual face accendesi, e nutre pingue e odorosa fiamma: quindi qual pece o gomma si scioglie. A'Sujoni sono i Sitoni confini. In tutto simili, fuori che da una femmina signoreggiansi: tanto non pur dalla libertà, ma dal servaggio stesso tralignano.

46. Qui termina la Suevia. I popoli Peucini, Venedi, e Fenni, se tra'Germani o Sarmati anno-

Sarmatis adscribam, dubito: quamquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede ac domiciliis, ut Germani agunt. Sordes omnium ac torpor: procerum connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum foedantur. Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam quidquid inter Peucinos Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. Hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia et domos figunt, et scuta gestant, et pedum usu ac pernicitate gaudent; quae omnia diversa Sarmatis sunt, in plaustro equoque viventibus. Fennis mira feritas, foeda paupertas: non arma, non equi, non penates: victui herba, vestitui pelles, cubile humus. Sola in sagittis spes, quas, inopia ferri, ossibus asperant. Idemque venatus viros pariter ac foeminas alit. Passim enim comitantur, partemque praedae petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque suffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur: huc redeunt juvenes, hoc senum receptaculum. Sed beatius arbitrantur, quam ingemere agris, inlaborare domibus, suas alienasque fortunas spe metuque versare. Securi adversus homines, securi adversus Deos, rem difficillimam adsecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus esset. Cetera jam fabulosa: Hellusios et Oxionas ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum, gerere: *quod ego, ut incompertum, in medium relinquam.*

verare, non so: benchè i Peucini, che alcuni chiaman Bastarni, usan lingua, abito, stanza, e ostelli, quali i Germani. Sordidi tutti e torpidi: ma per le nozze promiscue sformansi alquanto con le maniere de' Sarmati. I Venedi molti costumi ne trassero. Perocchè quanti v'han boschi e monti fra i Peucini ed i Fenni ladroneggiando corseggiano. Tuttavia questi più tosto contansi fra' Germani: perchè e piantan case, e portano scudi, e di camminare e di correre si compiacciono; in tutto ciò difformi da' Sarmati, usi ne' carri a vivere ed a cavallo. Grande è l'efferatezza, sozza de' Fenni la povertà; non armi, non cavalli, non case: erba pascono, veston pelli, dormono in terra: sol nelle frecce s'affidano, cui per inopia di ferro con ossa aguzzano. E la stessa caccia uomini e donne alimenta. Insieme per lo più cacciano, e si dividon la preda. Nè da fiere e piogge han altro scampo i fanciulli, che in qualche intreccio di rami ascondersi. Quivi i giovani, quivi ricovransi i vecchi. Ciò più beato estimano, che ansar su campi, in fabbriche affaticarsi, maneggiar fra tema e speranza i beni proprj e gli altrui. Senza timor degli uomini, senza timor degli Dei, la più difficile cosa ottennero, che non han pur che bramare. Favola è il resto, come *che gli Ellusj e gli Ossioni abbian viso ed aspetto d'uomini, e corpi e membra di fiere*. Le quali cose, come non accertate, noi lasceremo indecise.

JULII

AGRICOLAE

VITA

---

1. Clarorum virorum facta moresque posteris tradere antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus, quamquam incuriosa suorum aetas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium, parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et invidiam. Sed apud priores, ut agere memoratu digna pronum, magisque in aperto erat; ita celeberrimus quisque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam, sine gratia aut ambitione, bonae tantum conscientiae pretio ducebatur. Ac plerique, suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam adrogantiam arbitrati sunt: nec id Rutilio et Scauro citra fidem, aut obtrectationi fuit. Adeo virtutes iisdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. At mihi, nunc narraturo vitam defuncti hominis, venia opus fuit: quam non petissem, ni cursaturus tam saeva et infesta virtutibus tempora.

VITA

DI

GIULIO AGRICOLA

1. L'antico uso di tramandare a' posteri l'opere dei costumi de' segnalati, neppure dall' età nostra, benchè de' suoi non curante, fu tralasciato, qualora un'eccelsa e chiara virtù vinse e trascese il vizio alle picciole e grandi città comune, l'ignoranza del ben oprare e l' invidia. Ma come presso gli antichi ed agevole ed in palese era far opere memorande; così chi più fioriva d'ingegno, a celebrar la virtù, non da favore o da brighe, dal solo pregio dell'onestà [1] s'animava. E da molti il narrare la propria vita più sicurtà di costumi si reputò, che arroganza. Nè fede a Rutilio e a Scauro ciò tolse, o biasimo procacciò: tanto in que' tempi ottimamente s'apprezzano le virtù, ne'quali agevolmente germogliano. Ma io, che ora m'accingo a narrar la vita d'un uomo estinto, mestieri ho pur di perdono, che non avrei domandato, se non avessi a percorrer tempi così crudeli e nemici d'ogni virtù.

2. *Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse: neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum soevitum, delegato Triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet, illo igne vocem Pop. Rom. et libertatem Senatus, et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus, atque omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientiae documentum, et, sicut vetus aetas vidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones et loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci, quam tacere.*

3. *Nunc demum redit animus: et quamquam, primo statim beatissimi soeculi ortu, Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque quotidie felicitatem Imperii Nerva Trajanus, nec spem modo ac votum Securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur, adsumpserit; natura tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia, quam mala; et, ut corpora lente augescunt, cito extinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius, quam revocaveris. Subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo: et invisa primo desidia, postremo amatur. Quid? si per quindecim annos, grande mortalis aevi spatium, multi for-*

2. Leggiamo che in Aruleno Rustico furon le lodi di Trasea Peto, quelle di Prisco Elvidio in Erennio Senecione punite di fellonìa. Nè contro pure gli stessi autori, ma contro ancora i lor libri s'incrudelì, dato a'Triunviri il carico, che nel Comizio e nel Foro ardessero le memorie di que'chiarissimi ingegni. Credevan certo con quelle fiamme spegner la voce del Popolo, e la libertà del Senato, e la coscienza dell'uman genere; già cacciati i maestri della sapienza, e ogni buon arte bandita, perchè non unque fior d'onestà si scontrasse. Gran documento in vero di sofferenza noi demmo; e come videro gli avi nostri qual sia l'estremo di libertà, così noi quale di servitù, toltone per le inquisizioni il commercio d'ogni parola. Avremmo pur con la voce perduto sin la memoria, se in nostra balìa pur fosse obbliare, come tacere.

3. Or finalmente l'animo si rinfranca. Ma benchè sullo stesso nascere d'un beatissimo secolo Nerva Cesare due cose già ripugnanti accoppiasse, il principato e la libertà; e giornalmente Nerva Trajano aumenti la felicità dell'Imperio; nè sia la pubblica sicurezza una speranza ed un voto, ma dello stesso voto il compimento e il possesso: pure tal è l'umana fragilità, che più lenti sono i rimedj che i mali; e come i corpi via via crescono, ratto muojono, così più lieve ti fia gl'ingegni e gli studj estinguere, che ravvivare. Prendesi in fatti a gustare ancora la stessa inerzia; e l'ozio, che in prima s'odia, amasi finalmente. Che avverrà poi, se per quindici anni, gran tratto di mortal vita, molti perirono per

tuitis casibus, promptissimus quisque soevitia Principis, interciderunt? Pauci, et ut ita dixerim, non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus; exemptis e media vita tot annis, quibus juvenes ad senectutem, senes prope ad ipsos exactae aetatis terminos, per silentium venimus. Non tamen pigebit, vel incondita ac rudi voce, memoriam prioris servitutis, ac testimonium praesentium bonorum composuisse. Hic interim liber honori Agricolae, soceri mei, destinatus, professione pietatis aut laudatus erit, aut excusatus.

4. *Cnaeus Julius Agricola, vetere et illustri Forojuliensium colonia ortus, utrumque avum Procuratorem Caesarum habuit: quae Equestris nobilitas est. Pater Julius Graecinus, Senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus: iisque virtutibus iram Caji Caesaris meritus. Namque Marcum Silanum accusare jussus, et, quia abnuerat, interfectus est. Mater Julia Procilla fuit, rarae castitatis. In hujus sinu indulgentiaque educatus, per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium, praeter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerit, locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum, ac bene compositum. Memoria teneo, solitum ipsum narrare*, se in prima juventa studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac Senatori, hausisse; ni prudentia matris incensum ac flagran-

casuali accidenti, per crudeltà del Principe i più magnanimi? Pochi, non solo agli altri, ma si può dire a noi stessi sopravviviamo, toltone il fior di tant'anni, onde giovani alla vecchiezza, vecchi a toccar l'estremo dell'età corsa, mutoli ci traemmo. Non mi rincrescerà tuttavia, benchè con rozza ed ingrata voce, compor la storia della servitù scorsa in argomento della presente felicità. Quest'opera intanto alla memoria d'Agricola, suocero mio, consagrata, per il pietoso uffizio o lode avrassi o perdono.

4. Gneo Giulio Agricola, nato in Frejo [1], colonia antica ed illustre, ebbe amendue gli avoli procuratori de' Cesari, d'equestre nobiltà fregio. Il padre Giulio Grecino, dell' Ordine senatorio, fu per lo studio dell'eloquenza e della filosofia celebrato; e per siffatte virtù meritò l'ira di Cajo Cesare. Perocchè, impostogli d'accusare Marco Silano, ei ricusollo e fu morto. Fu sua madre Giulia Procilla, di singolar castità; nel cui seno amorevolmente educato passò la puerizia e l'adolescenza in ornarsi d'ogni nobile disciplina. Eragli schermo dalle lusinghe de'seduttori, oltre alla buona e schietta indole sua, l'essere stato posto sin da fanciullo ad erudirsi in Marsiglia, città ben temperata, e composta di gentilezza greca e di provinciale semplicità. Rimembrami che usava dire, *ch'ei nella prima sua giovinezza immergevasi nello studio della filosofia con maggiore avidità che a romano ed a senatore si convenisse, se l'assennata madre il vivo ed ardente animo non*

tem animum coercuisset. *Scilicet, sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem excelsae magnaeque gloriae vehementius quam caute adpetebat: mox mitigavit ratio et aetas; retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.*

5. *Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paullino, diligenti ac moderato Duci, adprobavit: electus, quem contubernio aestimaret. Nec Agricola licenter, more juvenum, qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter, ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam retulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil adpetere jactatione, nihil ob formidinem recusare, simulque anxius et intentus agere. Non sane alias exercitatior, magisque in ambiguo Britannia fuit. Trucidati veterani, incensae coloniae, intercepti exercitus: tum de salute, mox de victoria, certavere. Quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum et reciperatae provinciae gloria in Ducem cessit, artem et usum et stimulos addidere juveni: intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama, quam ex mala.*

6. *Hinc ad capessendos magistratus in urbem digressus, Domitiam Decidianam, splendidis natalibus ortam, sibi junxit: idque matrimonium ad majora nitenti decus ac robur fuit. Vi-*

frenavane. Il franco in vero e sublime ingegno con più fervore che senno al vago aspetto anelava di grande e splendida gloria: lo rattempraron poi la ragione e la età; e nella sapienza seppe, ciò ch'è difficilissimo, contenersi.

5. I suoi primi esperimenti guerrieri nella Brettagna sì piacquero a Svetonio Paolino assennato e provido capitano, che ne fu scelto a compagno di padiglione. Ed Agricola nè licenziosamente, come pur sogliono i giovani, i quali volgon la milizia in dissolutezza, nè oziosamente si valse del titolo di Tribuno e della sua inesperienza per divagare in piaceri; ma per conoscere la provincia, rendersi noto all'esercito, apprendere da' periti, emulare i migliori; nulla bramare per vanità, nulla schifar per paura; e tenersi guardingo insieme e sollecito. Nè mai fu certo in maggior tempesta e pericolo la Brettagna. Veterani ammazzati, colonie arse, eserciti inviluppati: prima per la salvezza, poi combatterono per la vittoria. Le quali cose, benchè si oprassero per altrui senno e consiglio, ed il valor dell'impresa e la gloria della ricuperata provincia al capitano si attribuisse, aggiunser pure arte, sperienza, e stimoli al giovane; e in petto gli arse brama di gloria guerriera, odiosa in tempi, in cui s'aveva a sospetto chi grandeggiava, nè minor rischio di buona fama correvasi, che di pessima.

6. Andatone quindi a Roma per mettersi ne' magistrati, sposò Domizia Decidiana, d'illustre nascita, e tali nozze gli dierono splendore e forza per avanzar negli onori. Ed in concordia vissero ma-

xeruntque mira concordia, per mutuam caritatem, et invicem se anteponendo: nisi quod in bona uxore tanto major laus, quanto in mala plus culpae est. Sors Quaesturae provinciam Asiam, Proconsulem Salvium Titianum, dedit; quorum neutro corruptus est: quamquam et provincia dives ac parata peccantibus, et Proconsul in omnem aviditatem pronus, quantalibet facilitate redempturus esset mutuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filia, in subsidium et solatium simul: nam filium ante sublatum brevi amisit. Mox inter Quaesturam, ac Tribunatum plebis, atque etiam ipsum Tribunatus annum, quiete et otio transiit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit. Idem Praeturae tenor, et silentium. Nec enim jurisdictio obvenerat. Ludos et inania honoris modo rationis atque abundantiae duxit, uti longe a luxuria, ita famae propior. Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda, diligentissima conquisitione fecit, ne cujus alterius sacrilegium Respublica, quam Neronis, sensisset.

7. *Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus adflixit. Nam classis Othoniana, licenter vaga, dum Intemelios (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit: praediaque ipsa, et magnam patrimonii partem diripuit, quae caussa coedis fuerat. Igitur ad solemnia pietatis profectus Agricola, nuntio adfectati a Vespasiano Imperii deprehensus, ac statim in partes trans-*

ravigliosa, per vicendevole amore, e col pregiarsi a vicenda; se non che lode tanto maggiore aspettasi di buona moglie, quanto maggiore di trista è il biasimo. D'Asia avvennegli la Questura, Salvio Tiziano in Proconsole. Da niun de' due fu corrotto, benchè la ricca provincia invitasse ad ogni rapina, e tal fosse la rapacità del Proconsole da patteggiare liberamente dissimulazione scambievole di misfatti. Ebbesi quivi una figlia ed a sostegno e a ristoro, per aver presto perduto un figliò dianzi natogli. Poscia tra la Questura ed il Tribunato, e l'anno stesso del Tribunato in quiete e in ozio passò, conoscendo la signorìa di Nerone, in cui l'inerzia fu senno. Usò tenore e silenzio eguale nella Pretura; poichè non s'ebbe giurisdizione. Spiegò ne' giuochi e nell'altre pompe della sua carica magnificenza pari alle sue facultà, fuggendo il lusso senza mancare al decoro. Eletto poscia da Galba a riscontrare i doni de' templi, operò con le sue diligentissime inchieste, che la Repubblica di niun altro i sagrilegj sentisse, che di Nerone.

7. L'anno seguente di grave angoscia il suo cuore e la sua casa trafisse. Poichè l'armata Ottoniana, insolentemente scorrendo nel porre ostilmente a sacco Intemelio luogo della Liguria ammazzò la madre d'Agricola nelle sue possessioni, e le possessioni stesse, e gran parte del patrimonio guastò; lo che li trasse ad ucciderla. Recatosi dunque Agricola a celebrarne l'esequie, udì bramarsi l'Imperio da Vespasiano, e per lui tosto si dichiarò.

gressus est. Initia Principatus ac statum urbis Mucianus regebat, admodum juvene Domitiano, et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. Is missum ad delectus agendos Agricolam, integreque ac strenue versatum, vicesimae legioni, tarde ad sacramentum transgressae, praeposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur: quippe Legatis quoque Consularibus nimia ac formidolosa erat. Nec Legatus Praetorius ad cohibendum potens; incertum, suo an militum ingenio: ita successor simul et ultor electus, rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos, quam fecisse.

8. *Praeerat tunc Britanniae Vettius Bolanus, placidius, quam feroci provincia dignum est. Temperavit Agricola vim suam, ardoremque compescuit, ne incresceret; peritus obsequi, eruditusque utilia honestis miscere. Brevi deinde Britannia Consularem Petilium Cerialem accepit. Habuerunt virtutes spatium exemplorum. Sed primo Cerialis modo labores et discrimina, mox et gloriam communicabat: soepe parti exercitus, in experimentum, aliquando majoribus copiis, ex eventu, praefecit. Nec Agricola umquam in suam famam gestis exultavit; ad auctorem et Ducem, ut minister, fortunam referebat. Ita virtute in obsequendo, verecundia in praedicando, extra invidiam, nec extra gloriam, erat.*

9. *Revertentem ab legatione legionis divus Vespasianus inter patricios adscivit, ac deinde provinciae Aquitaniae praeposuit, splendidae in*

Reggeva la signoria nascente e il fren di Roma Muciano, essendo ancor troppo giovine Domiziano, e la insolenza sola usurpando della paterna fortuna. Spedì egli Agricola a levar gente, e conosciutone il cuore e il senno gli diè il comando della legione vigesima, tarda a giurare obbedienza per fellonìa, che si diceva tramasse l'antecessore, poich'era grave e tremenda a'Legati ancor consolari. Nè dal Legato pretorio potea frenarsi; se per sua colpa o de'soldati, è mal noto: così sceltone per successore a correggerla, volle più tosto con moderazione rarissima parer d'averli trovati buoni, che fatti.

8. Governava allor la Brettagna Vezio Bolano più dolcemente, che debbasi nazion feroce. Agricola, per non sopraffarlo, temprò la forza e l'ardore del valor suo, sapendo ei sottomettersi, ed accoppiare lo zelo alla riverenza [3]. Poco di poi ebbe la Brettagna a Legato Petilio Ceriale, già Console. Alle virtù s'aprì campo di segnalarsi. Ma Ceriale in prima solo i travagli e i cimenti, poscia la gloria ancora gli accomunava: sovente ad esperimento parte affidavagli dell'esercito, talora maggiori forze, riuscitovi. Nè mai di sue geste Agricola imbaldanzì; al senno del capitano, quale uffiziale, ascrivevane la fortuna: così, fermo nell'obbedire, schivo di millantarsi, fuggiva invidia e non gloria.

9. Tornatosi dal comando della legione, Vespasiano lo annoverò tra'Patrizj, e poi lo pose al governo dell'Aquitania, dignità di primario lustro e

primis dignitatis, administratione ac spe Consulatus, cui destinarat. Credunt plerique, militaribus ingeniis subtilitatem deesse; quia castrensis jurisdictio secura et obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facile justeque agebat. Jam vero tempora curarum remissionumque divisa. Ubi conventus ac judicia poscerent, gravis, severus, et saepius misericors: ubi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona. Tristitiam, et adrogantiam, et avaritiam exuerat: nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem, deminuit. Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre, injuria virtutum fuerit. Ne famam quidem, cui etiam saepe boni indulgent, ostentanda virtute, aut per artem quaesivit: procul ab aemulatione adversus conlegas, procul a contentione adversus Procuratores: et vincere inglorium, et adteri sordidum, arbitrabatur. Minus triennium in ea Legatione detentus, ac statim ad spem Consulatus revocatus est, comitante opinione, Britanniam ei provinciam dari: nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. Haud semper errat fama, aliquando et elegit. Consul egregiae tum spei filiam juveni mihi despondit, ac post Consulatum collocavit, et statim Britanniae praepositus est, adjecto Pontificatus Sacerdotio.

10. *Britanniae situm populosque, multis scriptoribus memoratos, non in comparationem curae ingeniive referam: sed quia tum primum per-*

per l'amministrazione, e per l'espettazione del consolato, al quale già destinavalo. Credono molti che manchino di sottigliezza i guerrieri: perchè l'autorità militare, più franca e men respettiva, ed usa ad oprar la forza, non giovasi delle malizie del Foro. Agricola per natural prudenza, sebbene in pace, speditamente e giustamente operava. Erano però l'ore del carico e del ristoro distribuite; ove i consigli e i giudizj lo richiedevano, grave, applicato, severo, e il più sovente pietoso; compiuto appena l'incarico, ogni divisa spogliavasi di autorità: rigidezza, orgoglio, avarizia non conosceva; nè a lui, ciò ch'è rarissimo, o la dolcezza minorò stima, o il contegno benevolenza. Commendare in tant'uomo la continenza e la purità, sarebbe offenderne la virtù. Neppur la gloria, che spesso adesca anche i buoni, con ostentar valore, o per arte si procacciò: lontano d'ogni rivalità co' colleghi; lontano d'ogni contesa con i Fiscali: chè soperchiarli viltà stimava, esserne oppresso ignominia. Men di tre anni tennesi in quel governo; e tosto all'aspettativa del consolato si richiamò, destinandogli il grido pubblico la Brettagna; non ch'ei ne muovesse voce, ma perchè degno apparivane. Non sempre la fama ingannasi, tal volta anche elegge. Consolo sposò a me giovane la sua figliuola già d'ottima espettazione, e dopo il consolato la unì, e tosto s'ebbe il governo della Brettagna, aggiuntovi la dignità di pontefice.

10. Il sito e i popoli della Brettagna da molti pur celebrati, non per rivaleggiare di accuratezza e d'ingegno, descriverò; ma per essere la prima

domita est. Itaque, quae priores, nondum comperta, eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Britannia, insularum, quas Romana notitia complectitur maxima, spatio ac coelo in Orientem Germaniae, in Occidentem Hispaniae obtenditur: Gallis in Meridiem etiam inspicitur: Septemtrionalia ejus, nullis contra terris, vasto atque aperto mari pulsantur. Formam totius Britanniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores, oblongae scutulae vel bipenni adsimulavere: et est ea facies citra Caledoniam, unde et in universum fama est transgressa. Sed immensum et enorme spatium procurrentium extremo jam litore terrarum, velut in cuneum tenuatur. Hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta, insulam esse Britanniam adfirmavit, ac simul incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitque. Dispecta est et Thule, quam hactenus nix, et hyems abdiderat. Sed mare pigrum et grave remigantibus perhibent: ne ventis quidem proinde adtolli: credo, quod rariores terrae montesque, caussa ac materia tempestatum, et profunda moles continui maris tardius impellitur. Naturam Oceani atque aestus neque quaerere hujus operis est, ac multi retulere. Unum addiderim: nusquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus adcrescere aut resorberi, sed influere penitus atque ambire, et jugis etiam atque montibus inseri velut in suo.

11. *Ceterum, Britanniam qui mortales initio*

volta allor doma. Le cose adunque, che non chiarite gli antichi con eloquenza adornarono, con istorica veracità si esporranno. La Brettagna, la maggior isola che da'Romani conoscasi, per ampio tratto dall'Oriente volgesi alla Germania, dall'Occidente alla Spagna; guarda le Gallie ancora da mezzodì: la costa settentrionale, che non ha terre a riscontro, da vasto e aperto mare flagellasi. Gli eloquentissimi storici, Livio de'vecchi, Fabio Rustico de'moderni, ad una lunga targa o ad una scure la forma intera dell'isola assomigliarono; e tal mostrasi di qua della Caledonia, onde anco tale assolutamente si reputò. Ma l'immenso ed enorme spazio di terre, che di là scorrono in sino all'ultima riva, siccome un conio assottigliasi. L'armata romana, veleggiando allor per la prima volta intorno a cotesta spiaggia del mare estremo, assicurò esser isola la Brettagna, e scoperse insieme e domò le Orcadi, isole sino a quel dì sconosciute. Vide ancor Tile, insinallor fra le nevi e il gelo sepolta. Ma dicon pigro ed a'remi restìo quel mare, nè mettersi in iscompiglio da'venti. Credo per esservi men terre e monti, causa e materia delle tempeste, e perchè la profonda massa di un mar continuo più lentamente commuovesi. Non è di quest'opera la natura investigar dell'Oceano e del suo flusso e riflusso; e molti già ne trattarono: aggiungerò solamente, che non altrove il mare più signoreggia; che qua e là spinge molte correnti; nè gonfia sino alle sponde e ringorga; ma rompe nelle campagne, e sin tra colli e tra monti, come suo letto, si caccia.

11. Ma quali popoli, se nativi o stranieri, primi

coluerint, indigenae an advecti, ut inter Barbaros, parum compertum. Habitus corporum varii: atque ex eo argumenta. Namque rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus, Germanicam originem adseverant. Silurum colorati vultus, et torti plerumque crines, et posita contra Hispania, Iberos veteres trajecisse, easque sedes occupasse, fidem faciunt. Proximi Gallis et similes sunt: seu durante originis vi; seu, procurrentibus in diversa terris, positio coeli corporibus habitum dedit. In universum tamen aestimanti, Gallos vicinum solum occupasse, credibile est. Eorum sacra deprehendas, superstitionum persuasione. Sermo haud multum diversus: in deposcendis periculis eadem audacia; et, ubi advenere, in detrectandis eadem formido. Plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus: mox segnitia cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate; quod Britannorum olim victis evenit: ceteri manent, quales Galli fuerunt.

12\. *In pedite robur: quaedam nationes et curru praeliantur. Honestior auriga, clientes propugnant. Olim regibus parebant, nunc per principes factionibus et studiis trahuntur. Nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus: ita, dum singuli pugnant, universi vincuntur. Coelum*

abitassero la Brettagna, come di barbari, ignorasi. Varian le forme de' corpi; e quindi le congetture. Poichè le bionde chiome e le grandi membra de' Caledonj Germana origine accertano. Il bruno aspetto e i capelli inanellati de' Siluri, e la Spagna di contro postane, attestano impadronitisi di que' luoghi gli antichi Iberi. A' Galli i lor vicini assomigliano: o che la forma natìa pur duri, o che lo stesso clima in terre, che si riscontrano, eguali corpi informasse. A giudicarne per altro generalmente, creder si può che i Galli il vicin lido occupassero. Trovi egual culto in eguale superstizione: quasi lo stesso linguaggio: pari temerità nel provocare i pericoli, ed avvenuti pari viltà nel sottrarvisi. Mostran però maggior ferocia i Britanni, come non anco da lunga pace ammolliti; poichè sappiamo che in guerra i Galli ancora fiorirono. Con l'ozio poi penetratavi la codardìa, valore insieme perderono e libertà; lo che a' Britanni avvenne già vinti: gli altri mantengonsi quali già furono i Galli.

12. La forza loro è ne' fanti: alcuni popoli anche su carri guerreggiano. Il più pregevole guidali; i clienti combattono. Prima obbedivano a' Re, ora da' capi in fazioni e parti si smembrano; nè altro contro nazioni valorosissime a noi più giova, che non consultano insieme. Raro collegansi due o tre città contro un comune pericolo: cosicchè mentre combattono separati, son tutti vinti. Il cielo è fosco di piogge e nebbie frequenti; non aspro il

crebris imbribus ac nebulis foedum: asperitas frigorum abest. Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram, et nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes non officiant, adspici per noctem Solis fulgorem, nec occidere et exurgere, sed transire, *adfirmant. Scilicet extrema et plana terrarum, humili umbra, non erigunt tenebras, infraque coelum et sidera nox cadit. Solum, praeter oleam vitemque et cetera calidioribus terris oriri sueta, patiens frugum, foecundum: tarde mitescunt, cito proveniunt: eademque utriusque rei caussa, multus humor terrarum coelique. Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae. Gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur: nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli; in Britannia, prout expulsa sint, colligi. Ego facilius crediderim, naturam margaritis deesse, quam nobis avaritiam.*

13. *Ipsi Britanni delectum, ac tributa, et injuncta imperii munera impigre obeunt, si injuriae absint: has aegre tolerant, jam domiti, ut pareant, nondum, ut serviant. Igitur primus omnium Romanorum D. Julius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam prospera pugna terruerit incolas, ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. Mox bella civilia, et in Rempublicam versa principum arma, ac longa oblivio Britanniae*

freddo. I giorni lunghi più che tra noi; chiara la notte, e nella estremità dell'isola così breve, che lieve tratto distingue il primo e l'ultimo albore. *Che se le nubi nol velino*, affermano *brillarvi il sole di notte*, *nè tramontarvi e nascervi*, *ma passare*. La terra forse appianandosi verso l'estremità gitta sì basse l'ombre, che tenebre non solleva, e di sotto al cielo ed agli astri la notte volgesi. Il suolo, tranne gli ulivi e le viti, e quanto in più caldo clima germoglia, è d'ogni germe ferace: tardi maturano, presto nascono, per una causa medesima, per la molta umidità del suolo e dell'aria. La Brettagna produce oro ed argento ed altri metalli, premio della vittoria. Genera ancora l'Oceano perle, ma fosche e livide. Molti credono non aver arte a raccoglierle: perocchè vive e spiranti da'scogli svelgonsi dell'Eritreo; nella Brettagna colgonsi, quali si versan dal mare. Io crederei mancar più tosto alle perle la qualità, che a noi l'avarizia.

13. I Britanni poi prontamente adempiono leve, tributi, e altri carichi dell'imperio, se non si oltraggino: questo mal soffrono; abbastanza per obbedire, non per servire ancor domi. Il divin Giulio adunque, primo di tutti i Romani con l'armi entrato nella Brettagna, benchè con felice zuffa atterrisse gli abitatori, e del lido s'impadronisse, può dirsi averla mostrata a'posteri, non sottomessa. Quindi le guerre civili, e contro della repubblica rivolte l'armi de'grandi; e lungamente obbliatasi la Bret-

etiam in pace. Consilium *id divus Augustus vocabat, Tiberius* praeceptum. *Agitasse C. Caesarem de intranda Britannia, satis constat, ni velox ingenio, mobilis poenitentia, et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Divus Claudius auctor operis, transvectis legionibus auxiliisque, et adsumpto in partem rerum Vespasiano. Quod initium venturae, mox fortunae fuit: domitae gentes, capti reges, et monstratus fatis Vespasianus.*

14. *Consularium primus Aulus Plautius praepositus, ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius: redactaque paullatim in formam provinciae proxima pars Britanniae. Addita insuper veteranorum colonia. Quaedam civitates Cogiduno regi donatae (is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit) vetere ac jam pridem recepta Populi Romani consuetudine, ut haberet instrumenta servitutis et Reges. Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promotis, per quae fama aucti officii quaereretur. Didium Veranius excepit, isque intra annum extinctus est. Suetonius hinc Paullinus biennio prosperas res habuit, subactis nationibus, firmatisque praesidiis: quorum fiducia Monam insulam, ut vires rebellibus ministrantem, adgressus, terga occasioni patefecit.*

15. *Namque, absentia Legati remoto metu, Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre injurias, et interpretando accendere:* nihil profici patientia, nisi ut graviora, tamquam ex fa-

tagna, ancor nella pace. Ciò *consiglio* il divino Augusto, Tiberio *legge* appellava. Gli è certo che Cajo Cesare trattò d'invadere la Brettagna, se l'indole impetuosa e volubile, e i grandi sforzi contro della Germania nol frastornavano. Il divin Claudio l'osò; trasmessevi legioni e ajuti, datone a Vespasiano il carico: lo che principio fu poi di sua futura grandezza. Quindi popoli soggiogati, re presi, e datosi da'destini a conoscere Vespasiano.

14. Il primo de'consolari, che la si avesse in governo, fu Aulo Plauzio, e quindi Ostorio Scapula, prodi guerrieri entrambi: e a poco a poco a provincia la più vicina porzion dell'isola si ridusse. Alcune città donaronsi al re Cogiduno (perseverò costui sino alla nostra età fedelissimo) secondo l' antico stile, e da Roma già da gran tempo adottato, di usare a mezzi di servaggio anche i re. Poi Didio Gallo le altrui conquiste mantenne, oltre spintosi con assai poche rocche, onde aver nome di signorìa dilatata. Veranio a Didio successe, e dentro l'anno morì. Quindi Svetonio Paolino v'ebbe due anni felici, assoggettando popoli, ed afforzando presidj; a cui fidato assaltando l'isola Mona, perchè inforzava i ribelli, si provocò la ribellione alle spalle.

15. Poichè, rimosso con l'assenza del Legato il timore, preser fra loro i Britanni a considerare l'infelicità del servaggio, a numerarsi le ingiurie, e coll'amplificarle ad accendersi: *a che giovar la*

cili tolerantibus, imperentur. Singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi; e quibus Legatus in sanguinem, Procurator in bona saeviret. Aeque discordiam Praepositorum, aeque concordiam subjectis exitiosam: alterius manus, Centuriones alterius, vim et contumelias miscere: nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum. In praelio fortiorem esse, qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et imbellibus eripi domos, abstrahi liberos, injungi delectus, tamquam mori tantum pro patria nescientibus. Quantum enim transisse militum, si sese Britanni numerent? sic Germanias excussisse jugum: et flumine, non Oceano defendi. Sibi patriam, conjuges, parentes: illis avaritiam et luxuriam caussas belli esse. Recessuros ut divus Julius recessisset, modo virtutes majorum suorum aemularentur. Neve praelii unius aut alterius eventu pavescerent. Plus impetus, majorem constantiam penes miseros esse. Jam Britannorum etiam Deos misereri, qui Romanum Ducem absentem, qui relegatum in alia insula exercitum, detinerent. Jam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare: porro in ejusmodi consiliis periculosius esse deprehendi, quam audere.

16. *His atque talibus invicem instincti, Boadicea, generis regii foemina, Duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumpsere universi bellum: ac sparsos per castella milites consectati, expugnatis praesidiis, ipsam coloniam invasere, ut sedem servitutis. Nec ullum in Barba-*

pazienza, se non ad essere, come docili a sopportarlo, oppressi di maggior carico? Aver altre volte un re, or due soprapporsene, un Legato ad incrudelir contro il sangue, un fiscale contro le facoltà. Funesta a' sudditi la discordia non meno che la concordia dei soprastanti: i ministri d'uno, i centurioni dell'altro mescer violenze ed oltraggi: nulla alla loro libidine, nulla sottratto alla loro voracità. Nella battaglia è il più gagliardo che spoglia: or vili spesso ed imbelli le case straziano, i figli involano, leve ingiungono, come ad uomini che morire sol per la patria non sappiano. Quanti soldati poi traghettarono, ove i Britanni si contino? Così le Germanie scossero il giogo; e da un fiume, non dall'Oceano difendonsi. A guerra noi patria, spose, e genitori sospingono; essi avarizia e libidine. Rimbarcherannosi, come il divin Giulio si rimbarcò, se le virtù de' padri loro emulassero: nè l'esito d'una o due zuffe gli sbigottisca. Esser maggior ardore, maggior costanza ne' miseri. Già de' Britanni senton pietà sin gli Dei, che allontanano il capitano romano, che in altra isola n'han rilegato l'esercito. Già noi, ciò ch'era il più malagevole, consultiamo: ora gli è maggior rischio essere in tali consulte preso, che ardire.

16. Con tali voci infiammatisi, guidati da Boadicea, donna di real sangue (chè sesso in signorìa non distinguono) sorsero tutti a guerra; ed inseguiti i soldati sparsi per le castella, ed espugnate le rocche, sulla colonia stessa avventaronsi, come seggio della tirannide: nè sorte alcuna di crudeltà

ris saevitiae genus omisit ira et victoria. Quod nisi Paullinus, cognito provinciae motu, propere subvenisset, amissa Britannia foret: quam unius praelii fortuna veteri patientiae restituit, tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis, et proprius ex Legato timor agitabat. Hic cum egregius cetera, adroganter in deditos, et, ut suae quoque injuriae ultor, durius consuleret, missus Petronius Turpilianus tamquam exorabilior: et delictis hostium novus, eoque poenitentiae mitior, compositis prioribus, nihil ultra ausus, Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior, et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuit. Didicere jam Barbari quoque ignoscere vitiis blandientibus: et interventus civilium armorum praebuit justam segnitiae excusationem. Sed discordia laboratum: cum adsuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis, precario mox praefuit; ac velut pacti, exercitus licentiam, Dux salutem, haec seditio sine sanguine stetit. Nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina: eadem inertia erga hostes; similis petulantia castrorum: nisi quod innocens Bolanus, et nullis delictis invisus, caritatem paraverat loco auctoritatis.

17. *Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni Duces, egregii*

lasciò l'ira e la vittoria ne' Barbari. Che se Paolino, inteso tumultuar la provincia, ratto non accorreva, perdevasi la Brettagna, che nell'obbedienza antica restituì la fortuna d'una battaglia: tenendosi molti in armi, che temevano del Legato, oltre all'essere dal rimorso di fellonìa travagliati. Paolino, egregio nel resto, trattando arrogantemente, e più duramente ancora, come vendicatore d'un proprio scorno, gli arresi, vi fu Petronio Turpiliano inviato, come di lui più placabile. Straniero questi a' delitti degl'inimici, e quindi co' ripentiti più dolce, non fattosi che a quetarne le turbolenze, consegnò la provincia a Trebellio Massimo. Trebellio, meno operoso, e senza esperienza d'armi, contenne, benignamente adoprandosi, la provincia. Appresero allora i Barbari a perdonare a' vizj piacevoli, e le civili guerre sopravvenute fecero parer senno la codardìa. Ma per discordia si travagliò: poichè il soldato, uso a fazioni, nell'ozio si scapestrava. Trebellio all'ira sottrattosi dell'esercito col dileguarsi e nascondersi, inonorato ed abbietto, a discrezione poi comandò, quasi tra lor patteggiata, il capitano la vita, l'esercito ogni licenza. Tal sedizione si dissipò senza sangue. Nè Vezio Bolano, ardendo ancor le guerre civili, vessò con nuove severità la Brettagna: la stessa inerzia contro i nemici, eguale dissolutezza nel campo: se non che Bolano, innocente, nè per delitto alcuno abborrito, erasi in luogo d'autorità procacciata benevolenza.

17. Ma tostochè Vespasiano col resto del mondo racquistò ancor la Brettagna, v'ebbe gran capitani

exercitus, minuta hostium spes. Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum civitatem, quae numerosissima provinciae totius perhibetur, adgressus. Multa praelia, et aliquando non incruenta: magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus, aut bello. Et, cum Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset, sustinuit quoque molem Julius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit: super virtutem hostium, locorum quoque difficultates eluctatus.

18. *Hunc Britanniae statum, has bellorum vices media jam aestate trangressus Agricola invenit, cum et milites, velut omissa expeditione, ad securitatem, et hostes ad occasionem, verterentur. Ordovicum civitas, haud multo ante adventum ejus, alam, in finibus suis agentem, prope universam obtriverat: eoque initio erecta provincia; et, quibus bellum volentibus erat, probare exemplum, aut recentis Legati animum opperiri. Tum Agricola, quamquam transacta aestas, sparsi per provinciam numeri, praesumpta apud militem illius anni quies, tarda et contraria bellum inchoaturo, et plerisque custodiri suspecta potius videbatur, ire obviam discrimini statuit. Contractisque legionum vexillis, et modica auxiliorum manu, quia in aequum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem. Coesaque prope universa gente, non ignarus, instandum famae, ac, prout prima*

eserciti poderosi, e cadde il cuore a'nemici. Gli atterrì subito Petilio Ceriale assaltando il popolo de'Briganti, che il più numeroso vantasi di tutta l'isola. Molte battaglie e talor sanguinose avvennero; e gran parte o collo strepito delle vittorie o col valor della guerra ne guadagnò. E benchè Ceriale lo zelo e il lustro d'un altro successore offuscasse, pure sostenne Giulio Frontino, uom grande quanto poteasi, l'incarico, e soggiogò coll'armi la bellicosa e forte nazion de' Siluri, oltre al valor de'nemici lottando ancora contro l'asprezza de'luoghi.

18. In tale stato, fra tali agitazioni di guerra, a mezza state approdatovi, trovò la Brettagna Agricola; mentre i soldati, come lasciata l'impresa, all'ozio, ed i nemici all'occasione attendevano. La città degli Ordòvici, non molto prima ch'egli giugnesse, aveva quasi un'intera squadra, stanziata ne'suoi confini, di cavallerìa fracassata. E, preso cuore da tale eccidio, guerra fremea la provincia; ma chi voleva seguir l'esempio, e chi l'animo spiar del nuovo Legato. Quindi Agricola, benchè trascorsa la state, le truppe sparse per la provincia, persuaso il soldato di star quell'anno in riposo, cose di freno e d'ostacolo a romper guerra, e piacesse a molti guardare i luoghi sospetti, deliberò di cimentare il pericolo; e con il fiore de'legionarj e con pochi ajuti, perchè gli Ordòvici non ardìano scendere al piano, postosi innanzi alle squadre, onde negli altri accendere con egual rischio egual cuore, mosse a combatterli. E trucidata quasi l'intera nazione, non ignorando doversi insister sul fatto, e piegar

cessissent, fore universa; Monam insulam, cujus possessione revocatum Paullinum rebellione totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit. Sed, ut in subitis consiliis, naves deerant: ratio et constantia Ducis transvexit. Depositis omnibus sarcinis, lectissimos auxiliarium, quibus nota vada, et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, ita repente immisit, ut obstupefacti hostes, qui classem, qui naves, qui mare expectabant, nihil arduum aut invictum crediderint sic ad bellum venientibus. Ita petita pace, ac dedita insula, clarus ac magnus haberi Agricola: quippe cui ingredienti provinciam, quod tempus alii per ostentationem aut officiorum ambitum transigunt, labor et periculum placuisset. Nec Agricola, prosperitate rerum in vanitatem usus, expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuisse: ne laureatis quidem gesta prosecutus est; sed ipsa dissimulatione famae famam auxit aestimantibus, quanta futuri spe tam magna tacuisset.

19. *Ceterum animorum provinciae prudens, simulque doctus per aliena experimenta, parum profici armis si injuriae sequerentur, caussas bellorum statuit excidere. A se suisque orsus, primam domum suam coercuit; quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere. Agere nihil per libertos servosque publicae rei: non studiis privatis, nec ex commendatione aut precibus Centurionum milites accire, sed optimum quemque fideli-simum putare: omnia*

tutto al romor de' primi successi, si pone in animo d'espugnar l'isola Mona, il cui possesso rapì, come ho già detto, a Paolino la ribellion di tutta Brettagna. Ma, come avviene pe' subitanei consigli, mancavan navi: il senno e la costanza del capitano li tragittò. Deposto ogni carico con tanta furia vi spinse il fior degli ajuti, sperti de' guadi e dell'uso patrio di regger sè l'armi e i cavalli nuotando, che sbalorditi i nemici, da' quali il mare ed un'armata temevasi [4], niente credetter arduo, niente invincibile a chi guerreggia in tal forma. Chiesta la pace adunque, ed arresa l'isola, n'acquistò lustro e grandezza Agricola, come colui, ch'entrando nella provincia spese in fatiche e'n pericoli quel tempo ch'altri in ostentazioni e officiose brighe consumano. Nè pe' felici successi levatosi a vanità chiamava impresa o vittoria avere affrenato vinti: neppur l'avviso ne diè con lettere laureate. Ma coll'infingersi appunto di non curarla s' accrebbe celebrità, giudicandosi a quanta gloria aspirasse chi tali imprese taceva.

19. Conoscendo peraltro l'animo della provincia, e ammaestrato dall'esperienze altrui che poco giovano l'armi ove succedan le ingiurie, deliberò d'estirpare ogni cagione di guerra. E cominciato da sè e da' suoi, raffrenò prima la sua famiglia; lo che per molti non è men arduo che reggere una provincia. In cosa pubblica liberti e servi non adoprare: soldati, non per private affezioni, nè per istanze e prieghi di centurioni promuovere, ma tener ottimi i più fedeli: tutto sapere, molto dissi-

scire, non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec poena semper, sed saepius poenitentia contentus esse: officiis et administrationibus potius non peccaturos, quam damnare, cum peccassent. Frumenti et tributorum exationem aequalitate munerum mollire, circumcisis, quae in quaestum reperta, ipso tributo gravius tolerabantur. Namque per ludibrium adsidere clausis horreis, et emere ultro frumenta, ac vendere pretio cogebantur. Devortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur, ut civitates a proximis hybernis in remota et avia referrent, donec, quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret.

20. *Haec primo statim anno comprimendo, egregiam famam paci circumdedit; quae vel incuria, vel intolerantia priorum, haud minus quam bellum timebatur. Sed, ubi aestas advenit, contracto exercitu*, militum in agmine *laudare* modestiam, *disjectos coercere: loca castris ipse capere: aestuaria ac silvas ipse praetentare: et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur: atque, ubi satis terruerat, parcendo rursus inritamenta pacis ostentare. Quibus rebus multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus, iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae, tanta ratione curaque, ut nulla ante Britanniae nova pars inlacessita transierit.*

21. *Sequens hyems saluberrimis consiliis absumpta. Namque, ut homines, dispersi ac rudes,*

mulare: usare a'lievi falli indulgenza, a'gravi severità: nè punir sempre; spesso del pentimento appagarsi; più tosto ad uomini incorruttibili uffizj ed amministrazioni commettere, che condannarli ov'errassero: l'esazion de'grani e de'tributi addolcire con la egualità delle imposte, togliendo quanto inventato per guadagnare aggravava più del tributo medesimo. Poichè si costringevano a starsi dinanzi a'chiusi granaj, e a comperarvi il frumento, e a prezzo fisso rivenderlo. Ordinavasi alle città di portarlo da'prossimi alloggiamenti per lunghe e romite strade a luoghi aspri e lontani; tanto che quello, ch'era alle mani di tutti, fosse a guadagno di pochi.

20. Con frenar subito tali avanie nel prim'anno diè grande riputazione alla pace, che, o per incuria o per alterigia [5] degli antecessori, non meno temevasi che la guerra. Ma giunta appena la state adunò l'esercito: lodava i soldati fermi nelle ordinanze, i dissipati affrenava: sceglieva egli stesso i luoghi da campeggiare; egli stesso foreste e guadi esplorava; e quieti intanto mai non soffriva i nemici, con improvise scorrerie travagliandoli: e appena aveali bastantemente atterriti, tornava con il perdono ad adescarli alla pace. Per la qual arte molte città, che sino a quel dì si tennero independenti, dati gli ostaggi, deposer l'ire, e di fortezze e di guardie si circondarono, con tanto riguardo e senno, che non vi fu parte nuova della Brettagna, che andasse innanzi così tranquilla.

21. Il verno seguente in espedienti utilissimi si consumò. Poichè, per assuefar co'piaceri alla pace

eoque bello faciles, quieti et otio per voluptates adsuescerent, hortari privatim, adjuvare publice, ut templa, fora, domus extruerent, laudando promptos, et castigando segnes: ita honoris aemulatio, pro necessitate erat. Jam vero Principum filios liberalibus artibus erudire, et ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre, ut, qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus nostri honor, et frequens toga. Paullatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, et balnea, et conviviorum elegantiam. Idque apud imperitos humanitas *vocabatur, cum pars servitutis esset.*

22. *Tertius expeditionum annus novas gentes aperuit, vastatis usque ad Taum (aestuario nomen est) nationibus. Qua formidine territi hostes, quamquam conflictatum saevis tempestatibus exercitum, lacessere non ausi: ponendisque insuper castellis spatium fuit. Adnotabant periti, non alium Ducem opportunitates locorum sapientius legisse: nullum ab Agricola positum castellum aut vi hostium, aut pactione, aut fuga desertum. Crebrae eruptiones. Nam adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur. Ita intrepida ibi hyems, et sibi quisque praesidio, irritis hostibus, eoque desperantibus, quia soliti plerumque damna aestatis hybernis eventibus pensare, tum aestate atque hyeme juxta pellebantur. Nec Agricola unquam per alios gesta avidus intercepit: seu Centurio, seu Praefectus, incorruptum facti testem habebat. Apud quos-*

e all'ozio uomini rozzi e sbandati, e perciò pronti alla guerra, animavali privatamente, pubblicamente ajutavali a costruire e templi e corti e abitacoli, lodando i pronti, bravando i pigri: così l'emulazion della gloria facevasi necessità. Ammaestrava inoltre nell'arti ingenue i figli de' principali, e preferiva i britanni ingegni alla cultura de' Galli; cosicchè quelli, che la lingua romana dianzi odiavano, ne bramavano l'eloquenza. Quindi si rese ancora il vestir nostro onorevole ed usuale la toga, e a poco a poco piegaronsi alle mollezze de' vizj, portici, e bagni, e leggiadrìa di conviti: e ciò dai semplici *umanità* chiamavasi, mentr' era parte di servitù.

22. Il terzo anno della campagna nuove nazioni ci aprì, messo a rovina ogni popolo sino alla foce del Tau: la qual paura così percosse il nemico, che non osò molestar l'esercito, benchè da fiere tempeste afflitto; ed agio ancora ne diede a rinforzarsi di rocche. Notavano gl'intendenti, che niuno più saviamente d'Agricola ne scelse i luoghi opportuni, nè rocca posta da lui fu mai di forza dagl'inimici espugnata, o per fuga o per accordo diserta. Spesse erano le scorrerìe: poichè d'annui viveri si munivano contro la diuturnità degli assedj. Così svernandovi senza paura, e bastando ogni fortezza a sè stessa, vani rendevano e disperati gli sforzi degl'inimici, che soliti per lo più a ristorare con invernali successi le traversìe della state, allor d'inverno e d'estate eran cacciati egualmente Nè mai per orgoglio Agricola le geste altrui s'arrogò: e a' centurioni e a' prefetti era leal testimonio di

dam acerbior in conviciis *narrabatur*, *ut bonis comis*, *ita adversus malos injucundus: ceterum ex iracundia nihil supererat. Secretum et silentium ejus non timeres: honestius putabat offendere, quam odisse.*

23. *Quarta aestas obtinendis*, *quae percurrerat*, *insumpta. Ac*, *si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur*, *inventus in ipsa Britannia terminus. Nam Glota et Bodotria*, *diversi maris aestibus per immensum revectae*, *angusto terrarum spatio dirimuntur; quod tum praesidiis firmabatur: atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.*

24. *Quinto expeditionum anno*, *nave prima transgressus*, *ignotas*, *ad id tempus gentes crebris simul ac prosperis praeliis domuit: eamque partem Britanniae quae Hiberniam adspicit, copiis instruxit*, *in spem magis quam ob formidinem. Si quidem Hibernia*, *medio inter Britanniam atque Hispaniam sita*, *et Gallico quoque mari opportuna*, *valentissimam Imperii partem magnis invicem usibus miscuerit. Spatium ejus*, *si Britanniae comparetur*, *angustius*, *nostri maris insulas superat. Solum coelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differunt. Melius aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domestica unum ex Regulis gentis exceperat*, *ac specie amicitiae in occasionem retinebat. Saepe ex eo audivi*, *legione una et*

loro imprese. Alcuni lo mormoravano alquanto aspro nelle rampogne, quanto co' buoni affabile, tanto co' tristi iracondo, ma nulla gli restava di collera: non ti avrebbe il contegno suo, nè la sua taciturnità sgomentato: stimava più nobil cosa l'offendere, che l'odiare.

23. La quarta state fu spesa ad impadronirsi di quanto fu corseggiato. E se il valor degli eserciti e la gloria del roman nome potessero aver un termine, erasi già trovato nella stessa Brettagna. Perocchè Glota e Bodotria, golfi formati dalle correnti d'un mar diverso, da poca terra dividonsi, la quale allora di rocche s'avvalorava; ed ogni vicino seno occupavasi, rilegati come in altr'isola gl'inimici.

24. Il quinto anno, varcato il primo quel golfo, con spesse e ancor felici battaglie domò nazioni sino a quel dì sconosciute, ed afforzò quella parte della Brettagna, che guarda Ibernia, più per fidanza di sottometterla, che per alcuna paura. Poichè l'Ibernia, posta di mezzo alla Brettagna e alla Spagna, e al mar di Gallia pur comoda, unito avrebbe con grandi utilità scambievoli cotal parte poderosissima dell'imperio. Di giro angusta, se alla Brettagna si paragoni, supera l'isole del nostro mare. Il terreno, e il cielo, e l'indole, ed i costumi degli abitanti non molto dalla Brettagna discordano. Gli accessi e i porti a cagione de' mercatanti e de' traffichi meglio se ne conoscono. Aveva Agricola accolto un Regolo della nazione, espulso da sedizione intestina, e sotto vel d'amicizia all'occasine serbavalo. Spesso gli sentii dire, che una legione e pochi

modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse. Idque etiam adversus Britanniam profuturum, si Romana ubique arma, et velut e conspectu libertas tolleretur.

25. *Ceterum aestate, qua sextum officii annum inchoabat, amplexus civitates trans Bodotriam sitas, quia motus universarum ultra gentium, et infesta hostili exercitu itinera timebantur, prius classe exploravit: quae, ab Agricola primum adsumpta in partem virium, sequebatur egregia specie, cum simul terra, simul mari bellum impelleretur, ac saepe iisdem castris pedes equesque et nauticus miles, mixti copiis et laetitia, sua quisque facta, suos casus adtollerent: ac modo* silvarum et montium profunda, *modo* tempestatum ac fluctum adversa, *hinc* terra et hostis, *hinc* victus Oceanus, *militari jactantia compararentur.* Britannos *quoque, ut ex captivis audiebatur*, visa classis obstupefaciebat, tamquam, aperto maris sui secreto, ultimum victis perfugium clauderetur. *Ad manus et arma conversi Caledoniam incolentes populi, paratu magno, majore fama, uti mos est de ignotis*, oppugnare ultro: *castella adorti, metum, ut provocantes, addiderant:* regrediendumque citra Bodotriam, et excedendum potius, quam pellerentur, *specie prudentium ignavi admonebant: cum interim cognoscit*, hostes pluribus agminibus irrupturos. *Ac, ne superante numero et peritia locorum circumiretur, diviso et ipse in tres partes exercitu incessit.*

ajuti bastavano a debellare, e possedere l'Ibernia; e che ciò gioverebbe ancora contro della Brettagna, se da per tutto mirasse armi romane, e le si togliesse come di vista la libertà.

25. Ma nella state, in cui principiava il sest'anno del suo governo, guadagnate [6] le città poste oltre Bodotria, perchè temevansi i movimenti delle nazioni al di là e le vie da nemica forza infestate, i porti coll'armata esplorò, la quale, unita la prima volta da Agricola per accrescere le sue forze, seguivalo con bella mostra, per terra e mare portandosi nel tempo stesso la guerra, e spesso in un medesimo campo pedestri equestri e navali squadre confuse insieme nell'allegrezza, ciascuna le sue prodezze, i suoi perigli esaltava; ed ora *la vastità de' boschi e delle montagne*, ora *la furia delle tempeste e de' flutti*, di qua *la terra e il nemico*, di là *il vinto Oceano*, con militar baldanza magnificavasi. Anche i Britanni, come udivasi da' prigioni, la vista di quell'armata atterrì, come se aperti i recessi del loro mare fosse troncato a' vinti l'ultimo scampo. Postisi i popoli abitatori di Caledonia in forza ed in armi con grande apparecchio e con maggior fama, come avvien delle cose ignote, mossero a guerra [7]; ed assalite le rocche incussero, come aggressori, spavento, *e tornar di qua da Bodotria, e partirsi più tosto ch'esser cacciati*, affettando senno, i vili già consigliavano, quando egli apprese che gl'inimici farebber impeto da più bande. E per non essere da maggior numero e pratico di que' luoghi accerchiato, anch'egli marciò diviso in tre squadroni l'esercito.

26. *Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio, universi nonam legionem, ut maxime invalidam, nocte adgressi, inter somnum ac trepidationem coesis vigilibus, irrupere. Jamque in ipsis castris pugnabant, cum Agricola, iter hostium ab exploratoribus edoctus, et vestigiis insectus, velocissimos equitum peditumque adsultare tergis pugnantium jubet, mox ab universis adjici clamorem. Et propinqua luce fulsere signa. Ita ancipiti malo territi Britanni: et Romanis redit animus, ac, securi de salute, pro gloria certabant. Ultro quin etiam erupere: et fuit atrox in ipsis portarum angustiis praelium, donec pulsi hostes; utroque exercitu certante, his, ut tulisse opem, illis, ne eguisse auxilio, viderentur. Quod nisi paludes et silvae fugientes texissent, debellatum illa victoria foret.*

27. *Cujus constantia ac fama ferox exercitus*, nihil virtuti suae invium: penetrandam Caledoniam, inveniendumque tandem Britanniae terminum continuo praeliorum cursu, *fremebant. Atque illi, modo cauti ac sapientes, prompti post eventum ac magniloqui erant. Iniquissima haec bellorum conditio est: prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur. At Britanni, non virtute, sed occasione et arte Ducis se victos rati, nihil ex adrogantia remittere, quo minus juventutem armarent, conjuges ac liberos in loca tuta transferrent, coetibus ac sacri-*

26. Istruttone l'inimico mutò consiglio in un tratto, ed assalita di notte con ogni forza, come d'assai più debole, la legion nona, uccise tra 'l sonno e lo smarrimento le sentinelle, gli alloggiamenti sforzò. E già nel campo medesimo combattevano, allorchè Agricola dagli esploratori avvertito del cammin de' nemici, e datosi ad incalzarli, ordina a' più veloci cavalli e fanti di correre ad assaltarli alle spalle, e quindi proromper tutti in un grido. E già dal nascente giorno illustravansi le bandiere. Atterrì dunque il doppio assalto i Britanni, e preser cuore i Romani, e, sicuri già della vita, combattevano per la gloria. Anzi avventaronsi a caricare il nemico, e nella stretta medesima delle porte atroce fu la battaglia, finchè il nemico si sbaragliò, gareggiando ambedue gli eserciti, questo a mostrarsi di aver soccorso, quello di non averne bisogno. Che se le paludi e i boschi non occultavano i fuggitivi, finivasi con tal vittoria la guerra.

27. Fiero per la fermezza e la fama di tal vittoria, l'esercito romoreggiava *nulla essere al valor suo impenetrabile*, *doversi entrar nella Caledonia*, *e trovar finalmente il termine della Brettagna con un continuo impeto di battaglie;* e que', che testè affettavano prudenza e senno, dopo il successo arditi e fieri parlavano. Tal è la misera condizion delle guerre: ciascun la vittoria arrogasi, le sconfitte ad un solo s'attribuiscono. Ma i Britanni, vinti tenendosi, non per valore, ma per fortuna ed astuzia del capitano, nulla scemando del loro orgoglio, armavano la gioventù, mogli e figliuoli in sicuri luoghi traevano, con diete e con

ficiis conspirationem civitatum sancirent. Atque ita inritatis utrimque animis discessum.

28. *Eadem aestate cohors Usipiorum, per Germanias conscripta, in Britanniam transmissa, magnum ac memorabile facinus ausa est. Occiso Centurione ac militibus, qui, ad tradendam disciplinam immixti manipulis, exemplum et rectores habebantur, tres Liburnicas adactis per vim Gubernatoribus adscendere, et uno remigante, suspectis duobus, eoque interfectis, nondum vulgato rumore, ut miraculum praevehebantur: mox hac atque illa rapti, et cum plerisque Britannorum, sua defensantium, praelio congressi, ac saepe victores, aliquando pulsi, eo ad extremum inopiae venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos, vescerentur. Atque ita circumvecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi navibus, pro praedonibus habiti, primum a Suevis, mox a Frisiis intercepti sunt. Ac fuere, quos per commercia venumdatos, et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos, indicium tanti casus inlustravit. Initio aestatis Agricola, domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit. Quem casum neque, ut plerique fortium virorum, ambitiose, neque per lamenta rursus ac moerorem muliebriter tulit: et in luctu bellum inter remedia erat.*

29. *Igitur praemissa classe, quae pluribus locis praedata, magnum et incertum terrorem faceret, expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat,*

sagrifizj la lega delle città confermavano. E con ire così feroci ambo gli eserciti si ritrassero.

28. La stessa state una coorte di Usipj, assoldata nelle Germanie per traghettarsi in Brettagna, ardì grande e memorabile eccesso. Spento il centurione e i soldati, che framischiati a' manipoli per addestrarli s'aveano a guida e ad esempio, costretti a forza i piloti ad ascendere tre galee, ed uno fuggitone e gli altri due trucidati come sospetti, non divulgatone ancora il grido, come un prodigio avanzavano. Poi qua e là trabalzati, e con molti Britanni, che i lidi suoi difendevano, venuti a zuffa, e per lo più vincitori, talvolta rotti, a tale indigenza vennero finalmente, che si traevano a sorte, mangiati prima i più deboli, per divorarsi l'un l'altro. E così per la Brettagna aggiratisi, e perdute per non saperle dirigere le galee, presi per masnadieri, furono pria da' Suevi, poscia da' Frisj sorpresi. E ve ne furono alcuni, che per le fiere venduti, e di padrone in padrone sino alla nostra riva condotti, vennero per la storia di tanto caso a celebrità. Nel principiar della state Agricola fu percosso da una sciagura domestica, perduto un figliuolo natogli l'anno innanzi. Nè con ostentazione, siccome i più degli uomini forti, nè con gramezze e piagnistei feminili sopportò tale disastro: e gli fu d'alleviamento la guerra.

29. Spedita dunque l'armata, perchè predando in diversi luoghi spandesse grande ed incerto terrore, ei con esercito scelto, al quale aggiunse i più forti e per lunga pace sperimentati Britanni, al

ad montem Grampium pervenit, quem jam hostes insederant. Nam Britanni, nihil fracti pugnae prioris eventu, et ultionem aut servitium expectantes, tandemque docti, commune periculum concordia propulsandum, legationibus et foederibus omnium civitatum vires exciverant. Jamque super triginta millia armatorum adspiciebantur, et adhuc adfluebat omnis juventus, et quibus cruda ac viridis senectus, clari bello, ac sua quisque decora gestantes: cum inter plures Duces virtute et genere praestans, nomine Calgacus, apud contractam multitudinem, praelium *poscentem, in hunc modum locutus fertur.*

30. Quotiens caussas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus est, hodiernum diem, consensumque vestrum, initium libertatis totius Britanniae fore. Nam et universi servitutis expertes, et nullae ultra terrae, ac ne mare quidem securum, imminente nobis classe Romana. Ita praelium atque arma, quae fortibus honesta, eadem etiam ignavis tutissima sunt. Priores pugnae, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant: quia nobilissimi totius Britanniae, eoque in ipsis penetralibus siti, nec servientium litora adspicientes, oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus. Nos, terrarum ac libertatis extremos, recessus ipse ac sinus famae in hunc diem defendit. Nunc terminus Britanniae patet: atque omne ignotum pro magnifico est. Sed nulla jam ultra gens, nihil nisi fluctus et saxa; et infestiores Romani: quorum superbiam

monte Grampio pervenne occupato già da'nemici. Poichè i Britanni, dalla passata rotta non abbattuti, e la vendetta aspettando o la schiavitù, conosciuto alfine doversi un comun pericolo con la concordia respingere, con ambascerìe ed alleanze avean le forze d'ogni città risvegliate. E già miravansi oltre a trentamila guerrieri, ed accorreva ancora tutta la gioventù, e quanti di verde e cruda vecchiezza erano chiari in guerra, ciascun co' fregj del valor suo: quando fra'molti capi un per valore e nobiltà segnalato, di nome Calgaco, all'adunata truppa, ardente già di combattere, in tal sentenza dicesi che parlò.

30. *Quando le cause di questa guerra e le angustie nostre io considero, entro in sicura speranza, che questo giorno e la vostra unione sieno per essere alla Brettagna intera principio di libertà. Poichè nè servaggio mai conoscemmo, nè v' ha più terra che ci ricoveri; neppure il mare ne affida, stretti già dall' armata Romana. Così la battaglia e l' armi, che son l' onore de' forti, esse pur sono or la salvezza de' vili. Nelle anteriori battaglie, onde con varia fortuna contro i Romani si combattè, restava pure una speranza, un sostegno nelle nostr' armi. Perocchè noi, della Brettagna intera i più nobili, e perciò posti ne' suoi medesimi penetrali, nè schiavi lidi veggendo, gli occhi medesimi avevam liberi dal contagio della tirannide. Noi, ultimi della terra ed ultimi in libertà, sin qui difese questo recesso presso che ignoto alla fama. Ora è scoperto il termine della Brettagna:*

frustra per obsequium et modestiam effugeris. Raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, et mare scrutantur: si locuples hostis est, avari; si pauper, ambitiosi: quos non Oriens, non Occidens, satiaverit: soli omnium opes atque inopiam pari adfectu concupiscunt. Auferre, trucidare, rapere, falsis, nominibus *imperium*; atque, ubi solitudinem faciunt, *pacem* appellant.

31. Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit. Hi per delectus, alibi servituri, auferuntur. Conjuges sororesque, etsi hostilem libidinem effugiant, nomine *amicorum* atque *hospitum* polluuntur. Bona fortunasque in tributum egerunt; in annonam, frumentum. Corpora ipsa ac manus, silvis ac paludibus emuniendis, verbera inter ac contumelias, conterunt. Nata servituti mancipia semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam quotidie emit, quotidie pascit. Ac, sicut in familia recentissimus quisque servorum et conservis ludibrio est: sic, in hoc orbis terrarum vetere famulatu, novi nos et viles in excidium petimur. Neque enim arva nobis, aut metalla, aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. Virtus porro ac ferocia subjectorum ingrata imperantibus: et longinquitas ac secretum ipsum, quo tutius, eo suspectius. Ita, sublata spe veniae, tandem sumite animum, tam

e certo ogni cosa ignota assai pregiasi. Or poi non v' ha più genti al di là, nulla, se non flutti e scogli, e peggiori de' flutti e scogli i Romani, alla cui superbia con l' ossequio e con la modestia indarno ti sottrarresti. Assassini del mondo, poichè la terra alle loro devastazioni mancò, vanno anche il mare esplorando. Se ricco è il nemico, avari; se povero, ambiziosi; la cui voracità nè l' Oriente nè l' Occidente saziò. Soli con pari ardore di tutti agognano ricchezze e inopia. Togliere, trucidare, rapire con falsi nomi imperio, *e, dove fan solitudine, chiaman* pace.

31. *Natura in petto a ciascun accese l' amor de' figli e de' suoi. Questi le leve, per trarli a servire altrove, rapisconci. Mogli e sorelle, quantunque sfuggano alla nemica libidine, col nome* d' amici e d' ospiti *disonoransi. Beni e sostanze i tributi, l' annona i viveri ne divora. I corpi stessi, le stesse mani in travagliare a paludi e boschi, tra le percosse e le ignominie, ci straziano. I servi, nati alla schiavitù, sol una volta vendonsi; e da' padroni si nutrono. Ogni dì compra, ogni dì pasce il servaggio suo la Brettagna. E come in una famiglia ogni nuovo servo è de' conservi ludibrio; così in questa servitù antica del mondo, noi nuovi e vili cercati siamo a ruina. Poichè nè campi abbiam noi, nè miniere, nè porti, in cui logorarci. La virtù poi e la ferocia de' sudditi spiace a' signoreggianti: e la lontananza e il ritiro stesso quanto ci fan più sicuri, tanto ci rendono più sospetti. Tolta dunque ogni spe-*

quibus salus, quam quibus gloria, carissima est. Trinobantes, foemina Duce, exurere coloniam, expugnare castra; ac, nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere jugum potuere: nos integri et indomiti, et libertatem non in praesentia laturi, primo statim congressu nonne ostendemus, quos sibi Caledonia viros seposuerit?

32. An eandem Romanis in bello virtutem, quam in pace lasciviam, adesse creditis? Nostris illi dissensionibus ac discordiis clari, vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt: quem contractum ex diversissimis gentibus, ut secundae res tenent, ita adversae dissolvent: nisi si Gallos, et Germanos, et (pudet dictu) Britannorum plerosque, licet dominationi alienae sanguinem commodantes, diutius tamen hostes, quam servos, fide et adfectu teneri putatis. Metus et terror est, infirma vincula caritatis: quae ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient. Omnia victoriae incitamenta pro nobis sunt. Nullae Romanos conjuges accendunt: nulli parentes fugam exprobraturi sunt: aut nulla plerisque patria, aut alia, est. Paucos numero, trepidos ignorantia, coelum ipsum ac mare et silvas, ignota omnia circumspectantes, clausos quodammodo ac vinctos Dii nobis tradiderunt. Ne terreat vanus adspectus, et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit, neque vulnerat. In ipsa hostium acie inveniemus nostras manus. Agnoscent Britanni suam caussam: recordabuntur Galli priorem libertatem: deserent illos ceteri Germani, tamquam nuper

ranza di scampo, fate alfin cuore quanti salvezza e quanti gloria agognate. Poterono i Trinobanti, guidati pur da una femmina, ardere una colonia, sforzare un campo, e se la felicità non rendevali negligenti s' erano il giogo già scosso. Noi vigorosi ed indomiti, e che non siamo per aver ora la libertà, non mostreremo subito al primo scontro qual' uomini serbati s' abbia la Caledonia?

32. *Credete forse ch' abbiano in guerra i Romani tanta virtù, quanta in pace dissolutezza? Chiari essi per le contese nostre e per le nostre discordie, volgono i vizj degl' inimici a gloria del loro esercito, che di tanto diverse genti accozzato, come la buona fortuna unisce, così l' avversa discioglierà. Seppure non vi pensate che i Galli e i Germani e molti (arrossisco a dirlo) Britanni, benchè vendano il proprio sangue ad un' estranea dominazione, pure nemici più lungamente che servi, amore e fede contengano. È paura, è terrore, deboli vincoli d' affezione; i quali appena sien tolti, in chi cessò la paura, l' odio proromperà. Tutti gli stimoli a vincere son per noi. Non mogli i Romani accendono; non genitori la fuga ad essi rinfacceranno; i più, o niuna han patria, o non questa. Pochi squadroni, tremanti per non saper ove sieno, mirandosi intorno un cielo, un mare, e foreste che non conoscono, quasi rinchiusi ed avvinti ci han dato in mano gli Dei. Non vi atterrisca il lor vano aspetto, dell' oro e dell' argento il bagliore, che nè schermisce, nè impiaga. Tra le*

Usipii reliquerunt. Nec quidquam ultra formidinis: vacua castella, senum coloniae, inter male parentes et injuste imperantes aegra municipia et discordantia. Hic Dux, hic exercitus: ibi tributa, et metalla, et cetera servientum poenae: quas in aeternum perferre, aut statim ulcisci, in hoc campo est. Proinde, ituri in aciem, et majores vestros et posteros cogitate.

33. *Excepere orationem alacres et barbari moris cantu et fremitu clamoribusque dissonis. Jamque agmina et armorum fulgores, audentissimi cujusque procursu: simul instruebantur acies: cum Agricola, quamquam laetum et vix munimentis coercitum militem adhortatus, ita disseruit:* Octavus annus est, commilitones, ex quo virtute et auspiciis Imperii Romani, fide atque opera vestra Britanniam vicistis. Tot expeditionibus, tot praeliis, seu fortitudine adversus hostes, seu patientia ac labore, poene adversus ipsam rerum naturam opus fuit: neque me militum, neque vos Ducis poenituit. Ergo egressi, ego veterum Legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniae, non fama, nec rumore, sed castris et armis tenemus. Inventa Britannia, et subacta. Equidem in agmine, cum vos paludes montesve et flumina fatigarent, fortissimi cujusque vocem audiebam, quando dabitur hostis, quando acies? Ve-

le squadre medesime de' nemici troverem de' nostri soldati. Conosceranno i Britanni la propria causa: ricorderanno i Galli la pristina libertà: gli lasceranno gli altri Germani, come testè gli Usipj gli abbandonarono. Nè altro resta a temere; fortezze vote, colonie armate di vecchi, città languenti e discordi tra un obbedire sdegnoso e un comandare tirannico. Qui è capitano; qui esercito: là tributi, e miniere, ed ogni strazio di servitù, i quali o sopportare in eterno, o vendicar prontamente, da questo giorno dipende. Perciò nel farvi a combattere, ricordatevi de' vostri avi e de' posteri.

33. Uditolo lietamente, con un frastuono risposero, all'uso barbaro, di grida fremiti e canto. Già s'avanzavano; già balenavano l'armi dallo spiccarsi de' più feroci; e schieravansi già gli eserciti: quando Agricola, benchè fremesse il soldato, e fosse già per lanciarsi dalle trincee, in tal guisa parlamentò. *Volge l'ottavo anno, compagni, che con la forza e con gli auspicj di Roma la vostra fede ed il vostro braccio assoggettò la Brettagna. In tante imprese, in tante battaglie, ove fu d'uopo o di fortezza contro i nemici, o di pazienza e di sforzi contro la stessa natura, nè io de' soldati, nè voi aveste del capitano a pentirvi. Oltrepassati dunque i confini, io degli antichi Legati, voi degli eserciti precedenti, non col romore e col grido, ma con il campo e coll'armi l'estremità della Brettagna occupiamo. Scoperta è già la Brettagna; già sottomessa. Io nel marciare, quando monti, paludi e fiumi vi travaglia-*

niunt, e latebris suis extrusi: et vota virtusque in aperto, omniaque prona victoribus, atque eadem victis adversa. Nam, ut superasse tantum itineris, silvas evasisse, transisse aestuaria, pulchrum ac decorum in frontem; ita fugientibus periculosissima, quae hodie prosperrima sunt. Neque enim nobis aut locorum eadem notitia, aut commeatuum eadem abundantia: sed manus, et arma, et in his omnia. Quod ad me adtinet, jam pridem mihi decretum est, neque exercitus, neque Ducis terga tuta esse. Proinde et honesta mors turpi vita potior; et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt. Nec inglorium fuerit, in ipso terrarum ac naturae fine recidisse.

34. Si novae gentes atque ignota acies constitisset, aliorum exercituum exemplis vos hortarer. Nunc vestra decora recensete, vestros oculos interrogate. Ii sunt, quos proximo anno, unam legionem furto noctis adgressos, clamore debellastis: ii ceterorum Britannorum fugacissimi, ideoque tam diu superstites. Quomodo silvas saltusque penetrantibus fortissimum quodque animal robore, pavida et inertia ipso agminis sono pelluntur: sic accerrimi Britannorum jam pridem ceciderunt: reliquus est numerus ignavorum et metuentium. Quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt novissimi; et extremo metu corpora defixere in his vestigiis, in quibus pulchram et spectabilem victoriam ederetis. Transigite cum expeditionibus:

vano, udiva certo il grido de' valorosi, ov' è il nemico? quando avverrà di combattere? Eccolo; è qui, snidato dalle sue tane: ecco il bramato campo da segnalarsi; e tutto arriderci, se vincitori, tutto infestarci, se vinti. Poichè l'aver superato tanto cammino, sforzato boschi, attraversato paludi, s' egli fu bello e onorevole marciando innanzi, ed oggi n' è di conforto, ove si fugga, in ruina ne tornerà. Perchè nè pratica abbiam de' luoghi, nè copia di vettovaglie: ma braccia ed armi, e in queste ogni cosa. In quanto a me da gran tempo ho fermo esser la fuga fatale e al capitano e all' esercito. Quindi e doversi ad infame vita preferir morte onorata, ed essere la salvezza qui con l'onore congiunta: nè senza gloria sarà cadere ove han fine natura e mondo.

34. *Se aveste a petto nemici nuovi ed ignoti eserciti, cogli esempj pur d' altri eserciti vi esorterei. Ora riandate le vostre glorie; interrogate i vostr' occhi. Questi son quelli, che l' anno scorso di notte furtivamente assaltarono una legione, e voi con un grido gli sbaragliaste; questi di tutti i Britanni li più fugaci, e perciò tanto tempo sopravanzati. Come all' entrare nelle foreste e ne' boschi i generosi animali cacciansi con la forza, i vili e timidi al solo calpestìo si disperdono, così già caddero i più feroci Britanni: il resto è un branco di paurosi e codardi, i quali alfine trovaste, non già perchè v' aspettarono, ma perchè gli ultimi furon colti; e per estrema paura attoniti in questi luoghi co' loro*

imponite quinquaginta annis magnum diem: adprobate Reip. nunquam exercitui imputari potuisse, aut moras belli, aut caussas rebellandi.

35. *Et adloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat, et finem orationis ingens alacritas consecuta est, statimque ad arma discursum. Instinctos ruentesque ita disposuit, ut peditum auxilia, quae octo millia erant, mediam aciem firmarent; equitum tria millia cornibus adfunderentur. Legiones pro vallo stetere, ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellanti, et auxilium si pellerentur. Britannorum acies, in speciem simul ac terrorem, editioribus locis constiterat ita, ut primum agmen aequo, ceteri per acclive jugum connexi velut insurgerent: media campi covinarius et eques strepitu ac discursu complebat. Tum Agricola, superante hostium multitudine, veritus, ne simul in frontem, simul et latera suorum pugnaretur, diductis ordinibus, quamquam porrectior acies futura erat, et* arcessendas *plerique* legiones *admonebant, promptior in spem, et firmus adversis, dimisso equo pedes ante vexilla constitit.*

36. *Ac primo congressu eminus certabatur. Simul constantia, simul arte Britanni, ingentibus gladiis et brevibus cetris, missilia nostrorum vitare, vel excutere, atque ipsi magnam vim telorum superfundere: donec Agricola tres Batavorum cohortes ac Tungrorum duas cohorta-*

corpi s' affissero per apprestarvi grande ed illustre vittoria. Ponete fine all' imprese: compite il cinquantesimo anno con un gran giorno: mostrate alla Repubblica non essersi mai potuto all' esercito nè ciurmerie di guerra, nè cause di ribellione imputare.

35. Agricola parlava ancora, ed i soldati fremevano di baldanza: finito ch' ebbe, di gioja romoreggiarono, e tosto diedesi all' armi. Nell' impeto, nell' ardore egli così gli ordinò: nel centro ottomila fanti ausiliarj, e ne' corni apparò tremila cavalli. Schierò dinanzi alle trincee le legioni, a maggior lustro della vittoria, avvenendogli senza sangue romano, e a soccorso, ove gli ajuti crollassero. I Britanni a maggior mostra e terrore occuparono l' eminenze; talchè la prima schiera nel piano, l' altre via via per l' erta ristrette insieme sorgevano. Cavalli e carri falcati il mezzo del campo empievano di scorrerìe e di fracasso. Allora Agricola, temendo d' essere dal soperchiante numero de' nemici nel punto stesso di fronte e a' fianchi assalito, allargati gli ordini, benchè venisse a dilatar la battaglia, e molti lo consigliassero ad appellar le legioni, fermo a sperare, e ne' disastri imperterrito, allontanato il cavallo si pose innanzi alle insegne.

36. E al primo scontro battevansi di lontano. I Britanni, armati di grandi spade e di stretti scudi, con intrepidezza e con arte i nostri colpi sfuggivano o rintuzzavano; ed essi sopra ci rovesciavano un turbine di saette; sinochè Agricola animò tre squadre di Batavi e due di Tungri ad impugnare

tus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent: quod et ipsis vetustate militiae exercitatum, et hostibus inhabile, parva scuta et enormes gladios gerentibus. Nam Britannorum gladii sine mucrone complexum armorum, et in aperto pugnam non tolerabant. Igitur, ut Batavi miscere ictus, ferire umbonibus, ora foedare, et stratis qui in aequo obstiterant, erigere in colles aciem coepere, ceterae cohortes, aemulatione et impetu commixtae, proximos quosque coedere: ac plerique semineces, aut integri, festinatione victoriae, relinquebantur. Interim equitum turmae fugere, covinarii peditum se praelio miscuere. Et, quamquam recentem terrorem intulerant, densis tamen hostium agminibus et inaequalibus locis haerebant: minimeque equestris ea pugnae facies erat; cum aegre diu stantes simul equorum corporibus impellerentur, ac saepe vagi currus, exterriti sine rectoribus equi, ut quemque formido tulerat, transversos, aut obvios incursabant.

37. *Et Britanni, qui adhuc pugnae expertes summa collium insederant, et paucitatem nostrorum vacui spernebant, degredi paullatim et circumire terga vincentium coeperant: ni idipsum veritus Agricola quatuor equitum, alas ad subita belli retentas, venientibus opposuisset, quantoque ferocius accurrerant, tanto acrius pulsos in fugam disjecisset. Ita consilium Britannorum in ipsos versum: transvectaeque praecepto Ducis a fronte pugnantium alae, aversam hostium aciem invasere. Tum vero patentibus*

le spade e stringere la battaglia; alla qual zuffa eran essi per lunga milizia avvezzi, ed inetti per le anguste targhe e l'enormi spade i nemici. Poichè le spade britanniche, senza punta, non reggono a stretta mischia ed a scoperta battaglia. Appena dunque incominciarono i Batavi a menar colpi, a percuotere cogli scudi, a sfregiar volti, e, atterrati quanti incontrarono al piano, a spingersi su pe' colli, l'altre coorti, rapite dall'emulazione e dall'impeto, trucidavano i più vicini, e molti illesi o semivivi lasciavansi per la fretta della vittoria. Intanto si sbaragliò la cavallerìa, e si meschiarono i carri nella battaglia de' fanti: e benchè nuovo terrore apportassero, pure incagliavansi nelle strette file de' nostri e nel terreno ineguale. Nè quella sembrava equestre battaglia; poichè, tenendosi ritti a stento, erano insieme con i cavalli sospinti, e spesso gli erranti carri, i cavalli impauriti senza governo, ora per fianco urtavano ed or di fronte, secondo che lo spavento li traportava.

37. Ma que' Britanni, che sinallora lontani dalla battaglia occupavano l'eminenze, ed oziosi la scarsità de' nostri schernivano, cominciavano a poco a poco a discendere, e a stringere i vincitori alle spalle; se, questo appunto temendo, Agricola non opponeva loro quattro compagnie di cavalli serbate a' casi improvisi, tanto più forte rompendogli e sbaragliandogli, quanto più fieri avventaronsi. Così il disegno de' barbari in danno loro fu volto: e la cavalleria, per ordine del capitano spiccatasi dalla fronte, prese i nemici alle spalle.

locis grande et atrox spectaculum: sequi, vulnerare, capere, atque eosdem, oblatis aliis, trucidare. Jam hostium, prout cuique ingenium erat, catervae armatorum paucioribus terga praestare, quidam inermes ultro ruere, ac se morti offerre. Passim arma, et corpora, et laceri artus, et cruenta humus: et aliquando etiam victis ira, virtusque. Postquam silvis adpropinquarunt, collecti, primos sequentium, incautos, et locorum ignaros, circumveniebant. Quod ni frequens ubique Agricola validas et expeditas cohortes, indaginis modo, et, sicubi arctiora erant, partem equitum, dimissis equis simul rariores silvas equitem persultare jussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. Ceterum, ubi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre, in fugam versi, non agminibus, ut prius, nec alius alium respectans, rari, et vitabundi invicem, longinqua, atque avia petiere. Finis sequendi nox et satietas fuit. Coesa hostium ad decem millia: nostrorum trecenti sexaginta cecidere, in quis Aulus Atticus, Praefectus cohortis, juvenili ardore, et ferocia equi hostibus inlatus.

38. *Et nox quidem gaudio praedaque laeta victoribus. Britanni palantes, mixtoque virorum mulierumque ploratu, trahere vulneratos, vocare integros, deserere domos, ac per iram ultro incendere: eligere latebras, et statim relinquere: miscere invicem consilia aliqua, dein separare: aliquando frangi adspectu pignorum suorum, saevius concitari. Satisque constabat,*

Videsi allora per la pianura grande ed atroce spettacolo: incalzare, ferire, prendere, e i presi, altri incontrandone, trucidare. E già i nemici, secondochè avevan cuore, quali fuggivansi a schiere dinanzi a pochi, quali scagliavansi inermi ad incontrare la morte. Per tutto armi, e cadaveri, e membra tronche, e terra intrisa di sangue: e talvolta anche ne' vinti ira e virtù. Poichè appressarono alle foreste, riunitisi inviluppavano i primi, che sconsigliati e mal pratici l' inseguivano. Che se Agricola, ovunque pronto, non avesse spedito, come per esplorare, gagliarde e scelte coorti, e fatto scendere parte della cavalleria nelle strette, e il resto scorrere per le più rade boscaglie, qualche sinistro per troppa sicurtà ne avveniva. Ma quando vidersi nuovamente da ferme squadre incalzati, voltisi in fuga, non come dianzi a schiere, nè risguardando l' un l'altro, sparsi e schivandosi, per vie romite si dileguarono. All'incalzare diè fine la notte e la sazietà. Da diecimila nemici si trucidarono: caddero trecensessanta de' nostri, fra' quali Aulo Attico, prefetto d'una coorte, gittato fra gl'inimici dal giovenile ardore e dall' impeto del cavallo.

38. E per il giubilo e per la preda fu lieta ai vincitori la notte. I Britanni erranti, e fra il compianto degli uomini e delle donne, traevano gl' impiagati, chiamavan gl' illesi, abbandonavan le case, e per ira poi le incendiavano: cercavano nascondigli, e tosto ne uscivano: teneano insieme consiglio, poi separavansi; intenerivali talor la vista de' loro pegni, più spesso l' inferociva; e ta-

saevisse quosdam in conjuges ac liberos, tamquam misererentur. Proximus dies faciem victoriae latius aperuit. Vastum ubique silentium, secreti colles, fumantia procul tecta, nemo exploratoribus obvius. Quibus in omnem partem dimissis, ubi incerta fugae vestigia, neque usquam conglobari hostes compertum, et exacta jam aestate spargi bellum nequibat, in fines Horestorum exercitum deducit. Ibi acceptis obsidibus, praefecto classis circumvehi Britanniam *praecepit. Datae ad id vires, et praecesserat terror. Ipse peditem atque equites lento itinere, quo novarum gentium animi ipsa transitus mora terrerentur, in hybernis locavit. Et simul classis secunda tempestate ac fama Trutulensem portum tenuit, unde proximo latere Britanniae, lecto omni redierat.*

39. *Hunc rerum cursum, quamquam nulla verborum jactantia epistolis Agricolae auctum, ut Domitianus erat, fronte laetus, pectore anxius, excepit. Inerat conscientia*, derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur: at nunc veram magnamque victoriam, tot millibus hostium coesis, ingenti fama celebrari. *Id sibi maxime formidolosum*, privati hominis nomen supra Principis adtolli: frustra studia fori, et civilum artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet: et cetera utcumque facilius dissimulari; Ducis boni imperatoriam virtutem esse. *Talibus curis exercitus, quodque saevae cogitationis in-*

luni giunsero sino ad incrudelire contro le mogli e' figli per impeto di pietà. Il dì seguente mostrò più chiaro l'aspetto della vittoria. Per tutto cupo silenzio, diserti i colli, case che ardevano da lontano, niuno dagli esploratori incontratosi: i quali spediti per ogni banda, non riscontrando che tracce d'incerta fuga, nè attruppamento alcun di nemici, nè potendosi, scorsa la state, allargar la guerra, trasse l'esercito negli Oresti. Là, ricevuti gli ostaggi, impose al capitan dell' armata *di circuir la Brettagna*; diegli a ciò, forze ed avealo già preceduto il terrore. Ei lentamente marciando, per atterrire appunto col ritardato tragitto gli animi de' nuovi popoli, raddusse i fanti ed i cavalli a' quartieri. E nel tempo stesso l' armata con vento e fama propizia entrò nel porto di Trùtule, donde tornò, costeggiate tutte le spiagge vicine della Brettagna.

39. Tal corso di avvenimenti, benchè da Agricola non ingranditi con niuna millanterìa di parole, udì, secondo il constume suo, lieto in viso, inquieto d' animo, Domiziano. Rodeagli il cuore *il suo falso testè deriso trionfo della Germania con servi comperi per travisarli nell' abito e nella chioma in prigioni*, e *il celebrarsi intanto con alto grido, per tanti mila nemici uccisi, verace e grande vittoria.* Ma ciò, che più spaventavalo, *era che il nome di privat'uomo offuscasse quello del Principe. Indarno a tacersi astrette e la civil sapienza e ogni nobile disciplina*, *ove altri s'abbia l' onor dell' armi: potersi il resto comunque dissimulare; onore di capitano essere imperial proprietà.* Da tali acerbità trava-

dicium erat, secreto suo satiatus, optimum in praesentia statuit, reponere odium, donec impetus famae et favor exercitus languesceret. Nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat.

40. *Igitur* triumphalia ornamenta, et illustris statuae honorem, et quidquid pro triumpho datur, *multo verborum honore cumulata*, decerni in Senatu *jubet:* additque insuper opinionem, Syriam provinciam Agricolae destinari, vacuam tum morte Atilii Rufi, Consularis, et majoribus reservatam. *Credidere plerique, libertum ex secretioribus ministeriis missum ad Agricolam, codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse, cum praecepto,* ut, si in Britannia foret, traderentur; *cumque Libertum in ipso freto Oceani obvium Agricolae, ne adpellato quidem eo, ad Domitianum remeasse. Sive verum istud, sive ex ingenio Principis fictum ac compositum est. Tradiderat interim Agricola successori suo provinciam quietam tutamque. Ac, ne notabilis celebritate et frequentia occurrentium introitus esset, vitato amicorum officio, noctu in urbem, noctu in palatium, ita ut praeceptum erat, venit: exceptusque brevi osculo, et nullo sermone, turbae servientium immixtus est. Ceterum, ut militare nomen, grave inter otiosos, aliis virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus auxit, cultu modicus, sermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus: adeo ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est, viso adspectoque Agricola, quaererent famam, pauci interpretarentur.*

gliato, e ciò, ch' era d' atroce animo indizio, sazio di più serrarlesi in petto, reputò meglio per il momento covarsi l'odio, finchè l' ardor della fama ed il favor dell'esercito illanguidisse: perocchè Agricola teneva ancor la Brettagna.

40. Ordina dunque *gli si decretino dal Senato i trionfali ornamenti*, *l' onore d'illustre statua*, *e quanto per un trionfo si dà*, con apparato amplissimo di parole; e fa che credasi destinato a governare la Siria, vacante allor per la morte di Attilio Rufo, uom Consolare, e serbata a' più ragguardevoli. Credetter molti che si spedisse ad Agricola un de' liberti usi a' segreti consigli, e gli recasse il diploma, che gli assegnava la Siria, *da presentarglisi, ove il trovasse in Brettagna*: e che il Liberto, in sullo stretto incontratolo dell' Oceano, senza neppur salutarlo, a Domiziano se ne tornò: o fu ciò vero, o immaginato e finto sulla natura del Principe. Quieta e sicura intanto avea consegnata Agricola al successor la provincia. E per fuggire lo strepito e la festività degl' incontri, sin degli amici i saluti, di notte in Roma, di notte entrò nel Palazzo, siccome eragli imposto; ed accolto con freddo bacio senza un accento si mescolò frà la turba de' cortigiani. Quindi per temperar con altre virtù la gloria sua militare, grave agli oziosi, diedesi tutto al riposo ed alla tranquillità, parco nell' abbigliarsi, affabile nel parlare, con seco un amico o due: cosicchè molti, che sogliono apprezzar gli uomini dal corteggio, cercavano la sua fama, pochi l' argomentavano.

41. *Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Caussa periculi non crimen ullum, aut querela laesi cujusquam, sed infensus virtutibus Princeps, et gloria viri, ac pessimum inimicorum genus, laudantes. Et ea insecuta sunt Reipublicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Moesia, Daciaque, et Germania, Pannoniaque, temeritate aut per ignaviam ducum amissi: tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti: nec jam de limite imperii et ripa, sed de hybernis legionum et possessione dubitatum. Ita, cum damna damnis continuarentur, atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi* dux Agricola: *comparantibus cunctis*, vigorem, constantiam, et expertum bellis animum, cum inertia, et formidine eornm. *Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas, dum optimus quisque libertorum amore et fide, pessimi malignitate et livore, pronum deterioribus Principem extimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum, in ipsam gloriam praeceps agebatur.*

42. *Aderat jam annus, quo Proconsulatum Asiae et Africae sortiretur, et occiso Civica nuper, nec Agricolae consilium deerat, nec Domitiano exemplum. Accessere quidam cogitationum Principis periti, qui*, iturus ne esset in provinciam, *ultro Agricolam interrogarent. Ac primo occultius* quietem et otium *laudare*, *mox*

41. Fu spesso in que' giorni assente appo Domiziano accusato, assente assoluto. Cagione di tal pericolo non fu delitto, o querela di alcun offeso, ma il Principe avverso a virtù, la celebrità dell'Eroe, e il peggior genere di nemici, gli encomiatori. E sopravvenner que'tempi della Repubblica, i quali non permettevan che Agricola si tacesse: tanti eserciti in Mesia, e in Dacia, ed in Germania, e in Pannonia, per temerità o per viltà de' capitani, perduti: tanti guerrieri con tante squadre sforzati o presi; e trematosi non pe' confini o per una riva, ma pe'quartieri delle legioni e per l'imperio medesimo. Così accumulandosi danni a danni, e ciascun anno di rotte e mortalità segnalandosi, chiedevasi dal grido pubblico *Agricola per capitano:* paragonandone tutti *la vigoria, la fermezza, e la guerriera esperienza con la timidezza e la viltà di coloro*. Tali discorsi è palese che impaurirono le orecchie ancora di Domiziano, mentre i migliori liberti per amore e per fedeltà, i pessimi per malignità e per livore stimolavano il Principe, inclinato a' peggiori. In tal guisa Agricola, così dalle sue virtù, come dagli altrui vizj, a rovinare era spinto nella medesima gloria.

42. L'anno appressavasi, in che sortivasi d'Affrica e d'Asia il governo; e per la fresca uccision di Civica non mancava Agricola di consiglio, nè Domiziano di esempio. Si aggiunsero alcuni, chiari del cuore del Principe, che interrogarono *spontaneamente* Agricola, *s'egli v' andrebbe a governo?* ed in prima, velandosi, gli lodavano *la quiete*

operam suam in adprobanda excusatione *offerre: postremo non jam obscuri, suadentes simul terrentesque, pertraxere ad Domitianum. Qui paratus simulationi, in adrogantiam compositus, et audiit preces excusantis, et cum adnuisset, agi sibi gratias passus est: nec erubuit beneficii invidia. Salarium tamen, Proconsulari solitum offerri, et quibusdam a seipso concessum, Agricolae non dedit: sive offensus non petitum, sive ex conscientia, ne, quod vetuerat, videretur emisse. Proprium humani ingenii est, odisse, quem laeseris. Domitiani vero natura praeceps in iram, et, quo obscurior, eo inrevocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur. Quia non contumacia, neque inani jactatione libertatis, famam fatumque provocabat. Sciant, quibus moris inlicita mirari, posse etiam sub malis Principibus magnos viros esse: obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum Reipublicae usum, ambitiosa morte inclaruerunt.*

43. *Finis vitae ejus nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura fuit. Vulgus quoque, et hic aliud agens populus, et ventitavere ad domum, et per fora et circulos locuti sunt: nec quisquam, audita morte Agricolae, aut laetatus est, aut statim oblitus. Augebat miserationem constans rumor*, veneno interceptum. *Nobis nihil comperti adfirmare*

e l'ozio; *poi l'opra sua gli offerivano per farnelo dispensare*; toltasi in ultimo la visiera, fattogli insieme cuore e paura, lo trassero a Domiziano, che pronto a simulare, compostosi in alterezza, e ne ascoltò le supplichevoli scuse, e, posciachè le accettò, permise d'esserne ringraziato; nè dell'odiosa grazia arrossì. Pur lo stipendio, uso ad offrirsi a' Proconsoli, e da lui stesso dato ad alcuni, ad Agricola non accordò: o per ira, che nol chiedesse, o per paura di non parere aver compro quanto non volle concedergli. È proprio del cuore umano odiar chi offendesti. L'indole poi di Domiziano, precipitosa all'ira, e tanto più tenebrosa quanto più inesorabile, pur s'addolciva dalla modestia e dalla circospezione d'Agricola. Perchè la fama e la vita non arrischiava con arroganza e con vana mostra di libertà. Sappian coloro, che d'ammirar cose illecite 9 si compiacciono, sotto malvagi principi ancora potervi essere grandi uomini; e la modestia e l'ossequio, ov'abbiasi cuore e senno, a tal gloria ascendere, di cui molti fra precipizj, ma con niun utile della Repubblica, con ambiziosa morte illustraronsi.

43. Il fine della sua vita fu luttuoso a noi, tristo agli amici, agli estranei stessi e agl'ignoti non senza doglia. Il volgo stesso, e questo popolo ad altro inteso, e alla sua casa affollavansi, e per le piazze e pe'circoli ne mormoravano: nè alcuno all'udir morto Agricola o ne gioì, o tosto se ne scordò. Accresceane la compassione la ferma voce *ch' e' di veleno perisse*. Io d'affermare non oserò

ausim: ceterum per omnem valetudinem ejus crebrius quam ex more Principatus, per nuntios visentis, et libertorum primi, et medicorum intimi venere: sive cura illud, sive inquisitio erat. Supremo quidem die, momenta deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credente, sic accelerari, quae tristis audiret. Speciem tamen doloris animo vultuque prae se tulit, securus jam odii, et qui facilius dissimularet gaudium, quam metum. Satis constabat, lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum eum, velut honore judicioque. Jam caeca et corrupta mens adsiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre non scribi heredem, nisi malum Principem.

44. *Natus erat Agricola, Cajo Caesare tertium Consule Idib. Juniis: excessit sexto et quinquagesimo anno, decimo Kal. Septemb. Collega, Priscoque Coss. Quod si habitum quoque ejus posteri noscere velint, decentior quam sublimior fuit: nihil metus in vultu: gratia oris supererat. Bonum virum facile crederes, magnum libenter. Et ipse quidem, quamquam medio in spatio integrae aetatis ereptus, quantum ad gloriam, longissimum aevum peregit. Quippe et vera bona, quae in virtutibus sita sunt, impleverat, et Consularibus ac Triumphalibus ornamentis praedito, quid aliud adstruere fortuna poterat? Opibus nimiis non gaudebat; speciosae contigerant. Filia atque uxore superstitibus, potest videri*

cosa non accertata. Per altro per tutta la sua malattia, più spesso che non è l'uso di Corte, venner dal Principe a visitarlo e i primi Liberti e i Medici più famigliari; o fosse amore, o spiamento. Certo è che l'ultimo dì per appostati corrieri si riferivano gli estremi istanti della sua vita, niuno credendo ch'e' s'affrettasse di saper cosa, ch'era per attristarlo. Pur si mostrò di volto e d'animo afflitto, spento già l'odio e sapendo meglio velar la gioja che la paura. Sapeasi bene che letto il testamento di Agricola, in cui con l'ottima moglie e la piissima figlia erede istituì Domiziano, ei rallegrossene, come debitamante onoratone: tanto avea cieco e guasto dalle continue adulazioni lo spirito, da non sapere che da buon padre non fassi erede che tristo Principe.

44. Nacque Agricola nel terzo Consolato di Cajo Cesare a' tredici di Giugno: morì di anni cinquantasei a' ventitrè d'Agosto nel Consolato di Collega e di Prisco. Che se ne vogliano i posteri ancor la forma conoscere, fu di persona decevole più che eminente: fronte sicura [10]: pieno di grazia l'aspetto: agevolmente il credevi buono, grande volontiermente. Ed egli certo, benchè rapitone a mezzo il corso di un'età florida, quanto alla gloria visse lunghissima vita. Poichè de' veraci beni, che nelle virtù son posti; fu colmo, e fregiato de'consolari e trionfali ornamenti, che altro avrebbe potuto aggiungergli la fortuna? Grandi ricchezze non agognava, oneste ne possedeva. E figlia e moglie sopravvivendogli, può dirsi ancora beato, che,

etiam beatus; incolumi dignitate, florente fama, salvis adfinitatibus et amicitiis, futura effugisse. Nam, sicuti durare in hac beatissimi saeculi luce, ac Principem Trajanum videre, augurio votisque apud nostras aures ominabatur; ita festinatae mortis grande solatium tulit, evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus, non jam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu, Rempublicam exhausit.

45. *Non vidit Agricola obsessam Curiam, et clausum armis Senatum, et eadem strage tot Consularium coedes, tot nobilissimarum foeminarum exilia et fugas. Una adhuc victoria Carus Metius censebatur, et intra Albanam villam sententia Messalini strepebat, et Massa Bebius jam tum reus erat. Mox nostrae duxere Helvidium in carcerem manus: nos Mauricum Rusticumque divisimus: nos innocenti sanguine Senecio perfudit. Nero tamen subtraxit oculos; jussitque scelera, non spectavit: praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et adspici: cum suspiria nostra subscriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret soevus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat. Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis, ut perhibent qui interfuerunt novissimis sermonibus tuis, constans et libens fatum excepisti, tamquam pro virili portione innocentiam Principi donares. Sed mihi filiaeque, praeter*

intatta la dignità, fiorente la fama, salvi i parenti e gli amici, all' avvenire scampò. Poichè, se gli fu tolto di giugnere allo splendore di questo secolo beatissimo, e di vedere Trajano principe, come con augurj e con voti all' orecchio ci presagiva, grande gli fu conforto dell' affrettata morte il sottrarsi a que' giorni estremi, in cui Domiziano non più per intervalli e respiri, ma risolutamente, e quasi d' un colpo, esterminò la Repubblica.

45. Non vide Agricola assediata la Curia, e stretto d' armi il Senato, e in una strage il macello di tanti uomini Consolari, di tante nobilissime donne gli sbandimenti e le fughe. D' un sol trionfo per anco vantavasi Caro Mezio; e dentro la rocca Albana romoregiavan le accuse di Messalino; e Massa Bebio in sin allora era reo. Poi trassero Elvidio in carcere le nostre mani: noi separammo Maurico e Rustico: noi d' innocente sangue Senecione lordò. Nerone almeno rimosse gli occhi; ordinava, non contemplava le scelleraggini: strazio peggior d' ogni strazio egli era sostener gli occhi e l' aspetto di Domiziano: mentre i sospiri nostri si registravano: mentre a denotare il pallore di tanti uomini bastava quel fiero volto e rossore, onde schermivasi dalla vergogna. Tu certo felice, Agricola, non solamente per nobiltà di vita, ma per opportunità di morte, secondochè narran quelli, che le tue ultime parole udirono, fermo e lieto il tuo destino incontrasti, come per parte tua risparmiassi un delitto al Principe [11]. A me per altro e al-

acerbitatem parentis erepti, auget moestitiam, quod adsidere valetudini, fovere deficientem, satiari vultu, complexu, non contigit. Excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus. Noster hic dolor, nostrum vulnus: nobis tam longae absentiae conditione ante quadriennium amissus es. Omnia sine dubio, optime parentum, adsidente amantissima uxore, superfuere honori tuo: paucioribus tamen lacrymis compositus es, et novissima in luce desideravere aliquid oculi tui.

46. *Si quis piorum manibus locus; si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnae animae; placide quiescas, nosque, domum tuam, ab infirmo desiderio, et muliebribus lamentis, ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri, neque plangi fas est: admiratione te potius, te immortalibus laudibus, et, si natura suppeditet, aemulatione decoremus. Is verus honos, ea conjunctissimi cujusque pietas. Id filiae quoque uxorique praeceperim, sic patris, sic mariti memoria venerari, ut omnia facta dictaque ejus secum revolvant, famamque ac figuram animi magis, quam corporis, complectantur. Non quia intercedendum putem imaginibus, quae marmore aut aere finguntur: sed ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt; forma mentis aeterna: quam tenere et exprimere, non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse mori-*

1. Ciò che osserviamo accadere singolarmente agli uomini nel breve tratto di vita a ciascheduno segnato dalla natura, deesi pur dire avvenisse in più largo giro di età alle nazioni medesime. Avvegnachè, per valermi delle parole di Tullio (1), come ha ciascuno in principio tale confusa ed incerta costituzione, che mira solo a curar sè stesso, ma non intende nè ciocch' e' siasi, nè ciocch' e' possa, nè finalmente che la sua stessa natura sia; quindi avanzatosi alquanto, e fattosi ad avvertire sino a qual segno ciascuna cosa lo scuota e attengagli, comincia allora insensibilmente a spandersi, ed a conoscere sè medesimo, ed a comprendere donde in lui muova quel vivo ardore di posseder quanto sente alla natura acconciargliśi: così pur anco l' intero vulgo, di cui dapprima formaronsi le nazioni, soleva reggere e governar tutto il vivere con quella prima oscura ed incerta raccomandazione, che ne vien fatta dalla natura di noi medesimi, e con quel primo animale istinto, il quale anela soltanto a procacciarne salvezza ed integrità; coll' inoltrar poi de' tempi appoco appoco, o tardamente più tosto, prese a discernere quale pur fosse il vigore della natura e delle parti individuali, ed a sentire che fos-

(1) Cicerone de' Fini lib. 5. cap. 9.

diversoria, flexusque multi sint, alia alios statio remorari solet, aliusque alios error adducere. Quoniam enim, ut ait Plotinus (1), *sensu antea quisque, quam mente utimur, animumque ad res sensum moventes adjicimus necessario; propterea alii quidem in hisce permanent, idque primum et extremum expetendorum esse rati, sapientiam omnem esse hanc autumant, ut quis affluat iis, quae jucundos in corpore motus excitant, non aliter affecti atque aves ponderosiores, quae cum e terra multa sustulerint, iisque praegraventur, altius efferi nequeunt, etsi pennis a natura donatae sint. Alii vero, quos a voluptate revocat ad honesta et pulchra facultas animi potior, aliquantum ex inferioribus hisce quidem extollunt se; verum cum intueri superiora nequeant, quippe qui nihil habent, in quo consistant, una cum ipso virtutis nomine relabuntur ad earum delectus rerum, a quibus tollere se altius antea contendebant. Tertium denique genus est hominum, qui robore mentis et acumine major freti sustinere possunt vim lucis supernae, longeque relictis infra se nebulis rerum fluxarum, tamquam cives ex longis erroribus restituti patriae, fruuntur ea regione, quam veritas incolit, et quae natalis animorum sedes est. Inter hosce gradus, in quibus aut animus corpori plane servit, aut corpus animo, aut aequo foedere utrumque inter se distribuunt imperandi parendique vices, alii sunt interjecti permulti, qui perinde ut corporis animique facultates expeditae sunt, resque suppetunt ad eas exercendas aptae, multimodis implicantur inter se, maximamque confusionem habent.*

(1) Ennead. 5. l. 9.

se alfine una mente partecipe della ragione, ed a spronarsi all'acquisto di quegli oggetti, cui ciascheduno è pur nato. Nel quale discorrimento molte quasi pause incontrandosi e molte sinuosità, sogliono gli uomini da varie dimore essere, chi qua chi là, trattenuti, e da varj declinamenti, qual più qual meno, isviati. Imperocchè, siccome avverte Plotino (1), usando noi prima i sensi che l'intelletto, e necessariamente applicando l'animo a quanto vellica il senso, per questo alcuni si restano a sensuali argomenti, e reputandole prime ed ultime ad agognarsi ripongono ogni sapienza nell'abbondar parziale di quelle cose, che al corpo destan piacevoli sensazioni; non altrimenti costituiti, che quali i più corpulenti uccelli, che soperchiati dal grave carico di terra tolto non posson alto elevarsi, benchè di penne guerniti dalla natura. Ma certi, cui dal piacere spinge all'onesto ed al bello un più gagliardo vigor di spirito, levansi alquanto in vero da queste cose inferiori; ma non potendo affisarsi in alto per non aver ove affiggersi, col nome stesso della virtù ricadono ad occuparsi ed a pascersi di quegli oggetti, da cui sforzavansi in prima di sublimarsi. La terza maniera in fine è di uomini, che provveduti di più robusto ed acuto ingegno, possono sostenere la viva luce del cielo, e sollevatisi di gran tratto sopra le nebbie delle terrene caducità, quai cittadini restituiti da lunghi pellegrinaggi alla patria, godonsi la regione ove abita la verità, e ch' è la sede nativa degl' intelletti. Tra cosiffatti gradi, ne' quali o l'animo interamente al corpo, o il corpo all'animo serve, o l'uno e l'altro con bell'accordo fra sè le veci del comandare e del servire compartonsi, altri assai gradi frappongonsi, i quali, secondochè sieno schiuse le facoltà del corpo e dell'animo, e tutte pronte le cose attevoli a metterle in esercizio, tra loro in varie maniere insieme e pressochè inestricabili s'inviluppano.

(1) Plotino Ennead. 5. l. 9.

2. *Atque temporibus iis, quibus obducta quasi situ vis erat animi, ac sensibus obversabantur admodum pauca, quibus exsuscitatae cupiditates involutae ac latentes alerentur, aspero victu ac modico cupiditas omnis explebatur, et voluptatibus iis, quas ipsa natura libidine nulla adscititia praeter aequum exagerata poscebat, ut augerentur vires, et generis humani perpetuitati consuleretur. Gula rudis adhuc rudibus erat contenta epulis, et fame sola conditis; neque naturam praevertebat, ut avidae valuptati pareret, neque supervacaneis obruebat, ut inexplebili voluptati satisfaceret. Sponte nata satis ampla putabantur ad usus omnes vitae; quia parata nondum, et expromta ratio erat agriculturae, neque artium aliarum, quae dum varietatem augent, ac docent utilitates rerum sensibus obversantium, ipsamque naturam in potestate quodammodo suam redigunt, et addicunt humanis usibus, interea libidinibus irritamenta admovent, extunduntque luxuriam, quae quotidie se ipsam incitat, et ingenio adjuvat vitia, quemadmodum egregie Promaethei Pandoraeque fabula significatum est. Prometheus enim typus eorum est, qui, proditis in lucem artibus, eximie de genere humano meruisse visi sunt. Pandora vero exprimit artes ipsas, atque cupiditates, quas illae objecto quasi pabulo multiplici ac vario exciverunt, et perniciosas humanae genti dominas imposuerunt hactenus ad omnia mala plane rudi. Namque ita ille Caucaso affixus ipse de se gloriose praedicat apud Æschilum (1):* Ignem ego hominibus obtuli magistrum artium, eosque, mentis exsortes prius, intelligentiae feci compotes; videntes frustra videbant, neque audiebant audientes; sed somniis pares diu temere promiscua habebant omnia. Non latere norant struere, non lignis domos, sed incolebant solis ignaras specus;

(1) Prometh. vinct.

2. E in quella età, in cui la energia dell'animo quasi era stupida per torpore, nè s' offerivano a' sensi che pochi obbietti, da cui riscosse le incarcerate e sepolte voglie si alimentassero, ogni appetito sbramavasi con parco e rigido vitto, e con que' piaceri, cui la natura stessa, non irritata oltre il debito da niun'estranea libidine, dimandava, per ampliar di forze ed accorrere alla perpetuità dell'umana generazione. Rozzi palati di rozzi cibi appagavansi; nè prevertivano la natura per obbedire a piaceri ingordi, nè l'aggravavano di soverchio per satollar piaceri insaziabili. Le produzioni spontanee si reputavano sufficientissime ad ogni necessità della vita; perchè non era ordinata ancora nè manifesta la maestrìa dell'agricoltura e dell'altre arti, le quali, mentrechè aumentano la varietà ed insegnano le utilità delle cose soggette a'sensi, e in certo modo si fan la stessa natura schiava sforzandola a conformarsi obbediente a' bisogni umani, aizzano intanto e irritano gli appetiti, e avvivano la lussuria, ch' è vivo sprone a sè stessa e coll'ingegno francheggia i vizj, siccome fu con la favola di Prometeo e Pandora egregiamente significato. Imperocchè è Prometeo la immagine di coloro, i quali con l'invenzione dell' arti sembrano avere ottimamente giovato l'umanità. Pandora poi simboleggia l'arti medesime e gli appetiti, cui l'arti quasi con porger loro esca moltiplice e varia accesero e soprapposer tiranni all'umana stirpe, insinallora ignorante affatto di tutte malvagità. Poichè in tal guisa Prometeo confitto al Caucaso gloriosamente millantasi appresso Eschilo (1):

Io trassi il fuoco dalle sfere, io 'l diedi
Di tutt'arti maestro all'uomo in dono.
Sasso stupido egli era; io gl'ispirai
Vita, e gl'infusi intelligenza. Invano

(1) Eschilo Prometeo legato. *Di questa mia versione de'tratti* d'Eschilo *ristretti e recati in prosa latina dallo* Stellini, *veggasi la mia Lettera proemiale al chiarissimo* Stratico.

sine mente agebant cuncta, donec ortus ostendi obitusque siderum. Numerum, inventorum omnium praestantissimum, et litterarum compositiones edidi, memoriamque rerum opificem omnium. Primus adjunxi jugo feroces belluas, ut maximorum essent mortalibus laborum succedaneae; curribus equos fraeno gaudentes subdidi, superbis grande divitiis decus; neque alius a me fluctivaga reperit velivola nautarum vehicula. Quae vero commoda terra tegit, argentum aurum ferrum aes, quis ante me reperta jactet sibi? Quantum est hominibus artis, a Prometheo est. *Quid autem consecutum ex inventis hisce sit, ut objiceret oculis ipsis Hesiodus* (1), *mulierem finxit, in quam artium omnium opes et ornamenta congesta essent. Namque Minerva lanificium docuit; venustatem capiti affudit Venus; monilia corpori aurea Charites atque Suada circumdederunt; Horae auricomae vernis coronarunt floribus; Mercurius demum impudentem animum, dolosos mores, et vocem addidit. Quod simul ut oblatum munus hominibus fuit, ab iisque susceptum, dum eo sese oblectant, cupidinibus molestis et curis membra depascentibus implicantur, cum vitam prius agitarent seorsum a labore, aegritudine, morbis, quae senectam afferunt. Nam mulier vase resignato, quod manibus gerebat, in genus humanum effudit genus omne cupiditatum, et infinitam quamdam malorum omnium vim, quae terras undique et maria obsederunt, nulla ex iis evadendi oblata spe, quae cum evolatura jam esset, operculo imposito, repressa est, intusque una mansit. Tempus id ut industria, sic instrumento voluptatum omni destitutum, appellatum aureum est, et mirifice nobilitatum ab iis, quos aut fastidium coepit rerum humanarum, aut inertes ac desides ab se fortuna, quae se navis elargitur industriisque, respuit. Summa in aequalitate degebant omnes; quod occasio*

1 Op. et dier. l. 1.

Erravan gli occhi per le cose; invano
A' suoni lor s' aprìan le orecchie: muta
Era natura, perchè sorda e cieca
Degli uomini la mente, e quale i sogni
Confusamente immagini mescea
D' ogni sembianza; e lunga età tal sogno
Fu la vita mortale. Alzar di pietre
Non sapeasi una casa; era all'uom casa
Grotta incognita al sole, e avea l'istinto
Della vita il governo. I nascimenti
De' pianeti e i tramonti io gli mostrai;
L'arte scoprii de' numeri, dell'arti
Luminosa reina, ed il vocale
Delle lettere accordo, e la memoria
Operatrice d'ogni cosa. Io primo
Strinsi al giogo le fiere, e le addestrai
A sottentrar ne' gravi incarchi all'uomo.
Io primo al cocchio sottoposi, e dolce
Resi il freno a' cavalli, orgoglio e pompa
Dello splendido lusso. Altri non seppe
Spronar, che me, de' marinaj gli alati
Veicoli a lottar con l' onde e i venti.
Chi 'l arme e 'l ferro, e chi l' argento e l'oro,
Della vita conforti, estrar dal seno
Della terra s'ardì, pria ch' i' le cieche
Viscere ne cercassi? Io sono, io padre
D' ogni arte all'uom, che il viver suo fa bello.

Esiodo (1) poi, per espor vive agli occhi le conseguenze di cosiffatte invenzioni, formò tal donna, nella qual fossero unite insieme di tutte l'arti le qualità e gli ornamenti. Poichè Minerva nel lanificio l'ammaestrò; le sparse Venere il capo di leggiadrìa; le Grazie e Suadela il corpo d'aurei monili fasciaronle; le bionde Ore la coronaron di fiori di primavera; Mercurio aggiunsele in fine impudente animo, tratti insidiosi, e parola. Il qual presente appenachè fatto agli uomini fu dagli uo-

(1) Esiodo I lavori e le giornate lib. 1.

sollertiae deesset ac labori, cujus ope aliis alius anteiret. Justitia terras incoluisse dicitur, quod in tanta rerum paucitate, ac socordia cupiditatum nullus esset injuriae locus: secura fruebantur vita ac libera, quod excitandis consiliis inter se confligentibus illecebra nulla praesto esset, neque fovendis alendisque materies offerretur: suavissima videbantur quae temere fundebat incultum ac silvestre solum; quia ne conjectura quidem assequi poterant, quae fructuum suavitates ex humo subacta, ac parata ad satus accipiendos elicerentur: iis denique bonis oblectabantur, quae tenuissimis in rebus, et paratis inscientia meliorum, et inertia ac desidia nullo neque aestu interiore, neque incursu extraneo excitata afferre poterat; qualia tribuuntur a Pindaro (1) *populis Hyperboreis. Nam*

(1) Pyth. 10. lat. redd. a N. Sudorio.

mini ricevuto, mentre se ne deliziano, rimangon presi da tristi affetti e da cure divoratrici, dovecchè prima traevan vita scevera di fatiche, d'affanni, e d'infermità apportatrici della vecchiezza. Poichè la donna, dischiuso il vaso recato in mano, versonne fuora tra gli uomini ogni maniera di voglie, e cotal piena infinita di tutti i mali, che terre e mari per ogni dove occuparono, senza offrir loro speranza di liberarsene; la quale speranza, essendo già per volarsene via del vaso, postovi sopra il coperchio fuvvi respinta dentro, e sola dentro restò. Tale stagione, come d'industria, così sfornita d'ogni stromento di voluttà, aurea fu detta e mirabilmente nobilitata da quelli, a' quali o vennero a noja le umane cose, o cui da sè la fortuna, che a' diligenti e operosi prodigamente donasi, come infingardi e torpidi ributtò. Viveano tutti nella maggiore eguaglianza; perchè mancava occasione d'usare ingegno e fatica, onde l'un l'altro avanzare. Si dice che la giustizia albergasse in terra; perocchè in tanta tenuità di cose e sonnolenza d'affetti non v'era luogo ad ingiuria. Vita sicura e libera si godevano; perchè non eravi incitamento a voglie e gare inimiche, nè a fomentarle e innasprirle argomento si presentava. Parea soavissimo quanto a ventura l'inculto suolo e selvaggio offriva; perchè neppure potevasi conietturare quali soavità di frutta si ritraessero da un terreno messo a travaglio e in appresto per generare. Si dilettavano finalmente di beni tali, quali e la inerzia e la infingardezza, non eccitata da niun'ardenza interiore, nè da veruna impulsione estranea, poteva porgere in tenuissime cose, apparecchiate dalla ignoranza di più eccellenti; di beni in somma, quali da Pindaro (1) s'attribuiscono alle nazioni iperboree:

(1) Pindaro Piton. 10. *Lo* Stellini *riferisce questi versi di* Pindaro *secondo la versione fattane in metro Oraziano dal celebre* Sudorio. *Io nel recarli in italiano ho avuto cura di conformarmi più all' originale, che alla versione recatane dallo* Stellini.

. . . . . convivia dulcia
Curat gens foliis cincta recentibus,
Quam non letifer inficit
Morbus, non senium debilitat tremens;
Nec Mars sanguineus quatit,
Aut exosa scelus numina territant.

3. *Sed ignavia haec excussa cito est, ereptaque felicitas ea, quae vacuitate magis incommodorum, quam accessione bonorum continebatur. Nam parcissimo victu ac durissimo plurimum corpori firmitatis ac roboris ingignebatur: animusque cultura ac disciplina nulla mitigatus effervescebat inquies et indomitus. Siquidem incultae parsimoniae fere est integra valetudo comes, ac robur immane et audax. Quare Lucianus* (1) *populorum quorumdam vitam ad senectutem summam perductam victui, quo temperato et agresti utebantur, adscribendam putat; atque apud Porphyrium Dicaearchus* (2) *nullum, ait, melius, neque ad sanitatem incorruptam ac diuturnam accommodatius esse consilium, quam ut a corpore redundantia arceantur. Quidquid enim supervacuum est aut frangit vires, aut ab opera incremento corporis, ac firmitati partium danda avocat in depellendis egerendisque noxiis occupatas. Nervos autem atque lacertos valentiores diritas quaedam ac feritas assectatur, nisi cultura leniat animum, et vires licentia nimia superfluentes comprimat. Nempe, ut est apud Platonem* (3), *quemadmodum pudore et verecundia demissus animus, expersque fortitudinis et audentiae segnior sensim fit, ac demum obtorpescit omnino quasi stupore quodam debilitatus; sic incitatus contra ac vividus,*

(1) Macrobiis.
(2) L. de abst 4.
(3) In Politico.

Cinta di lauro almofrondoso esulta
A lieti deschi banchettando: sacra
Stirpe beata! in lei morso non puote
Di letal malattia; vecchiezza in lei
Fior di vita non strugge. Affanni e doglie
Son con la guerra e la fatica in bando.
Nè teme il cor, puro di colpe, il rio
Flagello della Dea delle vendette.

3. Ma prestamente cotale ignavia fu scossa, e via rapitane quella felicità, che più nella mancanza de' mali, che nel possesso de' beni si comprendeva. Imperocchè con asprissimo e frugalissimo vitto s'ingenerava nel corpo fermezza e lena infinita; e il cuore, non addolcito per niuna cultura ed arte, irrequieto ed indomito ribolliva. Avvegnachè di rozza frugalità son compagne sanità vegeta, e smisurata audacissima gagliardia. Per lo che reputa Luciano (1), doversi il vivere di alcuni popoli, tratto all' estrema vecchiezza, attribuire all'uso di un vitto sobrio ed agreste; e Dicearco appresso Porfirio (2) dice, non darsi miglior consiglio, nè ad incorrotta e durevole sanità più conforme, quanto rimuovere le ridondanze dal corpo. Imperocchè il soperchio rompe le forze, o dal salutare impegno di tener viva la vita e florida in ogni membro svagale a logorarsi per alleviarla e purgarla d'ogni malignità. A membra poi di gran nerbo una brutale ferocità s'accoppia, se la coltura non ammansisca l'animo, e non comprima il rigoglio soprabbondante d'una scoppiante energìa. In quella maniera certo, siccome avvertesi da Platone (3), che un cuore disanimato dalla vergogna e dall'onta, e privo di risoluzione e d'audacia, appoco appoco si fa più vile, e tutto alfine, quasi rappreso da una tal quale stupidità, intor-

(1) Luciano ne' Macrobj.
(2) Porfirio lib. 4. dell'astinenza.
(3) Platone della Repubblica.

nisi modestiae permixtus apte congruenterque temperetur ac retundatur, firmata primo quasi stirpe, robore nervisque viget; ad extremum autem undique fundit insaniam (1). *Quocirca Aristotiles instituta Lacedaemoniorum eo nomine condemnavit, quod in labore ac duritia plus aequo exercitati homines efferarentur.*

4. *Agrestibus igitur horridisque viribus instructus, et ad irarum ardorem ac pertinaciam paratus animus impetum primo omnem effudit in feras belluas, a quibus intendi periculum capiti, vel cibus ac tegumentum peti posset: deinceps invasit in homines ipsos, si quando ab iis importuno ventri, ac libidini, quae fines a natura positos urgere coeperat, impedimentum afferretur. Quare cum saepe jurgii, rapinae, caedis arrepta et oblata caussa esset, consuetudine ea sensus omnis humanitatis oppressus est: atque cum nihil in homine praestantius agnosceretur, quam robur corporis impetu quodam animi concitatum; praeclarum illud existimari coeptum est, ac Diis genito, Deoque ipso futuro dignum, quod immanissimum esset et atrocissimum. Nam, ut inquit Polybius* (2), *si qui forte adversantur effraenatae cupiditati cujuspiam, nihil adeo crudele ac nefarium est, quod hic in se non suscipiat; et profligatam audaciam in loco virtutis ac laudis habet. At ea molestia, quae conflictu expressa propulsantis, inferentisque vim animo oboritur, quemadmodum eorum, qui feurociores ingenio erant, ac viribus pollebant, magis exasperabatur audacia, furorque acrius exardescebat; ita mitiores atque debiliores excitabantur ad evolvendam expromendamque notionem aequi et boni, quod unicum impotentium perfugium est: ac rebus in afflictis qui seu tulisset auxilium, seu*

(1) L. Polit. 8. c. 4.
(2) Hist. l. 1.

pidisce; così per l'opposto un animo commosso e vivido, se con acconcio temperamento non sia represso ed a giustizia ridotto dalla onestà, primieramente, quasi robusto in radice, e di vigore e di spirito lussureggia, poi finalmente rompesi tutto in insania. Laonde appunto dannò Aristotile le istituzioni spartane, perchè indurati oltre il debito alle fatiche e alle asprezze gli uomini inferocivano (1).

4. L'animo dunque, pieno di fiere ed orrende forze, e pronto ad ire precipitose e implacabili, s'avventò prima con tutto l'impeto contro alle bestie feroci, da cui potesse temersi oltraggio alla vita, o cibo trarsene e vestimento; poi contr' agli uomini stessi si scatenò, ove pure incontrasse ostacolo il ventre inquieto e la importuna libidine, ch'avea già preso a sforzare i limiti apposti dalla natura. Per la qual cosa, venendo spesso afferrata e data occasion di risse rapine e stragi, fu da tal uso ogni senso di umanità sopraffatto; nè conoscendosi cosa di maggior pregio nell'uomo quanto la vigorìa del corpo messa in furore da non so quale veemenza d'animo, si cominciò a reputare sovrana cosa, e degna d'uomo di Dio nato e destinato ad essere egli medesimo un Dio, qualunque azione ripiena di bestialissima atrocità. Imperocchè se taluno, come riflette Polibio (2), incontri a caso contrasto all'effrenata libidine, non avvi cosa nefanda e barbara ch'egli non sia per commettere, e a vanto recasi ed a virtù lo sbaragliato ardimento. Ma come da quel rancore, che nasce e sopravviene nell'animo di chi respinge e di chi muove l'ingiuria, vieppiù l'audacia innasprivasi ed il furore infiammavasi di coloro, a'quali in nervose membra feroce indole ardea; così gli spiriti più mansueti e deboli s'infervoravano a svolgere e palesare l'idea del giusto e del

(1) Aristotile de' Governi lib. 8. cap. 4.
(2) Polibio Istoria lib. 1.

eum ferre deberet, id omisisset, utilitate oblata, vel damno ac malo dato, occasionem attulit, ut ex animi latebris educeretur et emineret vis decori, quod principium est ac finis justitiae; deque honesto ac turpi cogitatio quaedam institueretur, quemadmodum a Polybio (1) animadversum est.

5. *Sed late vis antea rerum potita crudeli dominatu omnia tenuit, quam locus esset aequitati datus, in quo pedem figeret; ac diu ferocitas immite imperium exercuit, priusquam legitimum esset ac justum rationi datum. Nam cum animum haec sedatum et mansuetum postulet, ut sensus communis humanitatis explicare se distincte et ordinate possit; illa contra cum fero agresti perturbato consuescat libens, robustissimi quique contentionibus crebris, ac rebus prospere gestis alacriores facti, conquiescere non poterant abs rebus novis moliendis, ut recenti se praeda collocupletarent, et ingenio inservirent, cujus erat agitatio major, quam ut umquam tranquillitatis et otii desiderio capi posset. Quae vel praedae libido, vel animi concitati insania, cum saepe non haberet inter suos magnum satis ad excurrendum spatium, erumpebat in aliena. Quare latrociniis infesta omnia facta, mutatae subinde sedes, neque certa cuiquam statio. Nam si quis praesertim in eo solo consedisset, qui vel ubertate frugum, vel opportunitate aliqua in oculos incurreret, ab ingruente grassatorum manu diripiebatur, aut exturbatus sedibus suis domicilia nova quaerere cogebatur. Neque vis ea, quae se, quo cupiditate animique impotentia raperetur, impetu caeco proruebat, crimini ac probro erat; sed, ut ex antiquis poetis Thucydides (2) collegit, etiam laudi tri-*

(1) Hist. l. 6.
(2) Hist. l. 1.

buono, solo rifugio degl' impotenti; e chi prestasse conforto ne' casi miseri, oppure astrettovi lo ricusasse, porse con l' utile procurato o con l'apprestato danno occasione, che si traesse da' nascondigli dell'animo e a piena luce venisse il valore dell' onestà, la quale è principio e fine della giustizia, e si fondasse un concetto di convenienza e turpezza, come Polibio osservò (1).

5 Ma impadronitasi d' ogni cosa tenne la forza il mondo con aspra dominazione, gran tratto innanzi che la equità potesse trovare asilo fra gli uomini; e la ferocia esercitò lungamente signorìa barbara, prima che s'accordasse imperio giusto e legittimo alla ragione. Conciossiachè richiedendo questa animo dolce e tranquillo, perchè si possa distintamente e ordinatamente spiegare un senso comune di umanità; quella per lo contrario piacendosi d'allignare in selvaggio fiero alterato spirito; gli uomini robustissimi, resi più baldi dalle frequenti risse e da' fatti prosperamente operati, non si poteano reprimere dal macchinar novità per arricchirsi di nuove spoglie, e scapriccire il talento, cui maggior fiamma agitava, che mai potesse per brama di alcun riposo acquetarsi. La quale o avidità di preda, o frenesia di cuore efferato, non avendo per lo più spazio abbastanza vasto da insolentire tra' suoi, contro l' altrui si scagliava. Onde ogni cosa fu guasto di ruberie, ad ora ad ora cambiaronsi le abitazioni, nè più soggiorno fisso ad alcuno restò. Imperocchè se taluno si ricovrasse in luogo, che desse pure negli occhi per ubertà di frutti o per altra comodità, o ch'egli andavano a sacco per rovinoso scarico d'assassini, o espulso di sua dimora veniv'astretto a cercar mendico alla raminga vita altro cielo. Nè quella forza, la quale con cieco impeto prorompeva ovunque la veemenza e l'ardore della passione la trasportasse, era a

(1) Polibio Istoria lib. 6.

buebatur. Illos enim, qui ultro citroque navigant, ab iis, quorum ad oras appulerint, interrogari faciunt, num latrones sint, et praedas acturi venerint. Ac neque ii, qui rogantur, tamquam indignum negant, neque tamquam turpe exprobrant ii, quorum hoc nosse interest. Hospites, *ait Nestor* (1) *Telemacho ac sociis*, mercaturae ne caussa ac praedae maria trajicitis incerto cursu, more praedonum, qui periculis anima objecta damnum alienigenis inferunt? *Siquidem ingenium praeceps et indomitum neque majus quidquam praestare posse, neque propterea magno excelsoque animo convenientius esse autumat, quam quod ingenti conatu fit, et cum multo labore conjunctum est: ac si quod arduum est, utilitates etiam praeclaras afferat, is qui viribus omnia metitur corporis, sese non injuriam iis facere putat, quos immerentes aggreditur, sed ab eisdem injuria affici, si repugnare audeant, et obniti potentiori. Quo vitio animi humani turbulento corporis aestu jactati factum est, ut violentiae tributum sit jus summum, atque receptum, id cuique fas esse, quod quisque posset; neque aliud quidpiam detrahi sibi oportere, quam quod vis ac necessitas extorqueret. Quae lex a feritate orta cum sensim amplitudinis cujusdam ac dignitatis speciem induisset, a barbarie ultima propagata est ad id usque temporis, quo legibus aequis dominari ratio videbatur; ac mitigata immanitate, quam tum praeferebat, cum vix quidquam praestaret animus, quam ut homines essent inter se feris ipsis damnosiores, conservavit robur ac vim, quae non ut ante cupiditate tumultuaria in actum educebatur, sed utilitate callide provisa temperabatur; et intendi solebat ac remitti prout res ac tempora, quibus erat accommodanda, postulare videbantur. Quare legati*

(1) Odys. l. 3.

delitto e ad infamia; ma, come già da' poeti antichi inferì Tucidide (1), anche ad onore si attribuiva. Perciocchè fanno tali poeti interrogar quelli, che innanzi e indietro corseggiano la marina, da quelli a' cui lidi approdano, se sien ladroni colà venuti a predare. E nè coloro, che son di ciò dimandati, il niegano qual opra indegna; nè que', cui preme di saper ciò, come di cosa obbrobriosa ne li riprendono. Per lo che Nestore dice a Telemaco e a' suoi compagni (2),

. . . . Onde le acquose vie
Gite scorrendo? per alcuno affare?
O alla ventura, quai corsali erranti,
Che espongon l'alma, e recan danno altrui?

Chè veramente un' indole impetuosa ed indomita non crede operar cosa più grande, nè quindi reputa darsi cosa più degna di cuor sublime e magnanimo, quanto fornire imprese piene di stento fatica e rischio; e se la impresa difficile arrechi ancora splendide utilità, coloro, a' quali nella energìa de' nervi sta la ragion d'ogni cosa, non credon già d'oltraggiare chi a torto assaltano, ma d'essern' anzi oltraggiati, seppure ardiscasi di resistere e contrariare al più forte. Per il qual vizio dell'uman cuore, agitato da un turbolento fervor di sangue, avvenne che si apponesse alla violenza colore di ragion somma, e dal potere si misurasse in ciascuno il giusto, nè alcun dovesse spogliarsi d'altro, che quanto forza e necessità ne rapisse. E questa legge nata dalla barbarie, avendo insensibilmente preso qualità di grandezza e d' autorità, si propagò dalla prima salvatichezza per sino al tempo, che la ragione pareva con giuste leggi signoreggiasse; e mansuefatta la crudeltà sinallora da lei mostrata, valendo l'animo appena ad altro che a render gli uomini più perniciosi

(1) Tucidide Istoria lib. 1.
(2) Omero Odissea lib 3. *secondo la versione elegantissima recentemente datane dal chiar.* Soave.

Atheniensium in concione Lacedaemoniorum aperte professi sunt (1), *rem esse perpetuo naturae jure constitutam, ut imbecillior qui sit, a potentiore coerceatur; neque ullum extitisse, qui si vires et copiae suppeterent, aequitate retardaretur a rebus augendis: ac si quis aequius se modestiusque gerat, quam imperii magnitudo flagitet, id eo facere, ut sese ingenio attemperet humano, tutiusque sibi alios obsequentes habeat. Sed moderatio haec, invecta consilio prudenter utilitati serviente, prorsus ignota temporibus iis erat, quibus ira peragebantur omnia. Quapropter immanitate efferatis animis, ac ferocia exultantibus, frustra ab calamitosis afflictisque religionis pietas, et vis communis humanitatis obtendebatur, ne vivi spirantesque devorarentur, vel a canibus alitibusque mortui discerperentur*. Stultus es, *inquit Cyclops* (2), qui me Deos vereri jubes: neque enim quidquam curant Cyclopes Jovem; quippe qui robore longe anteimus: neque Jovis ira deterritus tibi sociisque parcam, nisi me jusserit animus. *Et Achilles Hectori morituro, atque, ne corpus ad sepulturam negaret, obsecranti, ferarum esse eum jam morsibus unguibusque addictum denunciat; incusatque segnitiem doloris sui, qui non eumdem in frusta concideret, et membra fluentia tabo manderet* (3).

(1) Thuc. l. 1.
(2) Odiss. l. 9.
(3) Iliad. l. 22.

tra loro delle medesime fiere, conservò pur questa legge la gagliardezza e la forza, la quale non come prima traeasi ad atto per voglie tumultuarie, ma con la utilità governavasi prudentemente avvisata, e solea stringersi o rallargarsi secondochè parean chiedere le cose e i tempi, a cui doveasi adattare. Per la qual cosa gli Ambasciadori Ateniesi nell'Assemblea Spartana asserirono francamente, esser di naturale ragione eterna prescritto, che serva il debole al forte, né stato uomo giammai, ch'ove abbondasse di forze e d'armi per equità si frenasse dal crescere signoria; e se taluno conducasi più doverosa e modestamente, che dell'imperio la vastità non comporti, muoverlo solo necessità d'acconciarsi all'ingegno umano, e di tener più sicuro gli altrui voleri obbedienti (1). Ma tale moderazione, messa nel cuore da un senno prudentemente inteso all'utilità, non conosceasi a que' tempi, ne' quali tutto a furore si governava. Ond'è, che agli animi imbestialiti dalla barbarie e di ferocia esultanti, per non andare sbranati vivi o straziati morti dagli avoltoj e da' cani, indarno i miseri la pietà della religione, indarno della comune umanità la forza i tribolati opponevano: Folle, il Ciclope (2),

Folle ben sei, rispose, o di ben lunge
A me ne vieni tu, che a me proponi
Di riverir e paventar gli Dei.
Conto di Giove o degli Dei non fanno
Punto i Ciclopi, assai di lor più forti.
Nè per tema di Giove a' tuoi compagni
O a te fia che perdoni, ov'io nol voglia.

E Achille ad Ettore, che nelle strette di morte lo scongiurava a non frodargli il cadavere di sepoltura, intima averlo già destinato pasto alle fiere, e la viltà me-

(1) Tucidide Istoria lib. 1,
(2) Omero Odissea lib, 9. *secondo la detta versione*.

6. *Quare cum parum admodum infirmioribus esset in justitia praesidii sive ad praecavendas sive ad avertendas injurias, quibus inferendis animi ardentiores immanissime saeviebant, rebus adversis excussa vis quaedam insita exiluit, qua animorum impetus humanitate expertium eluderentur. Sollertiam enim quamdam atque sagacitatem emisit animus undique pressus, quae sese acuens, ut ea tempora ferebant, quibus tam inculta mens hominum erat et infirma, quam corpus exercitatum atque corroboratum, insidias eruptiones propugnacula fallacias excogitavit, ut qui viribus esse pares non potuerant, incursus hostium a se calliditate quadam amolirentur aut retardarent. Quae quidem calliditas, quod hominis esset palam prodire non audentis, ac de se timentis indicium, erat iis odiosissima, qui roboris invicti laudem unice quaesitum ibant, ac nihil tam cavebant, quam ne parum sibi confidere, ceterosque contemnere viderentur. Quapropter Ajax ille, qui se neminem extimescere profitetur apud Homerum*(1), *in Philoctete Sophoclis aversatur Ulyssem, qui auctor erat, ut quae vi non poterant auferri tela, fraude surriperentur; quia turpe id esset viro bono. Nam boni tum vocabantur, qui viribus animisque praestarent. Cum vero ab se paullo seductus homini vafro annuisset, mox ad ingenium redit, inceptumque repudiat, ne dum sapientiae laudem quaerit, esse bonus desinat. Nam ut bonus appellabatur, qui periculum nullum detrectaret; sic sapientis ei nomen factum est, qui dolos aptos tempori callide strueret. Quare Minerva, quae sapientiae quasi forma est, sese cum Ulysse conferens:* tu quidem inter homines, *inquit (2)*, praestantissimus es consilio et fallaciis;

(1) Iliad. l. 7.
(2) Odyss. l. 13.

ledice del suo dolore, che a membro a membro nol stracci, e gli stracciati marciosi brani non si divori (1).

6. Laonde traendo i deboli assai meschino conforto dalla giustizia, tanto per guarentirsi, quanto per togliersi dalle ingiurie, cui bestialmente gl'impetuosi spiriti si scatenavano, saltò fuori scossa dalle sciagure tal forza ingenita, onde schernire le violenze de' cuori privi di umanità. Perciocchè l'animo per ogni parte compresso sprigionò tale destrezza e sagacità, che affinandosi come il poteva in que' tempi, in cui tant'era l'ingegno umano imbecille e rozzo quanto addestrato e indurato il corpo, immaginò stratagemmi, sortite, astuzie, ripari; cosicchè quelli, che non potevano di robustezza agguagliarsi, con una certa callidità respingessero od allentassero ogni nemica irruzione. La qual furberìa veramente, sendo argomento di un cuore non animoso ad esporsi palesemente e timido di sè medesimo, era odiosissima a quelli che solo al vanto anelavano di robustezza invitta, nè ad altro inteso avean l'animo, che a non mostrare poca di sè fidanza, nulla curanza d'altrui. Il perchè quell'Ajace, che appresso Omero (2) protestasi non temer niuno, nel Filottete di Sofocle rabbuffa Ulisse, che suggeriva a sottrar con fraude quell'armi, che non poteansi rapire a forza; perchè ciò fosse a buon uomo vituperevole. Chè buoni allora appellavansi que'che di forze e di spiriti soprastassero. Avendo poi, tralignato alquanto da sè, consentito alla scaltra volpe, riprende tosto il nativo ingegno, e si ricusa all'impresa per non cessare, mentre di saggio briga celebrità, d'esser buono. Poichè siccome diceasi buono chi a niun pericolo impallidisse; così di saggio ebbe nome chi astutamente tramasse inganni all'occasione opportuni. Onde Minerva, ch'è quasi il sim-

(1) Omero Iliade lib. 22.
(2) Omero Iliade lib. 7.

ego vero inter Deos omnes consilio fraudibusque polleo.

7. *Etsi vero calliditatem comitem vis initio respueret, utilitas tamen utramque deinceps foedere junxit, et alteram alteri saepe conciliavit. Quapropter in rerum gerendarum partem astutia recepta est; et cum antea turpe duceretur quidquid vi non esset effectum, sua laus etiam consilio tribui coepit: quod etsi conatus retundat, impetumque sufflaminet roboris, viam tamen planiorem ad res difficiles ac tutiorem parat. Immo vero cum necessitas identidem in partes omnes sese versare mentem cogeret; ejusque prolatae in medium opes aperte monstrarent, robur hominis exiguum, ut ajebat Euripides* (1), *esse, si cum sollertia multiplici conferatur, qua domat omnia, quae terra pontus et aer alit; eapropter absolutus is et perfectus habebatur, qui manibus esset bellicosus, et consilio potens* (2). *Quamquam autem ad res magnas expediendas astus afferret adjumenti plurimum; is tamen necessitate magis, quam insita dignitate commendatus est, ac nisi audacia tegeretur, ipse per se despectui erat atque dedecori. Quare postquam vis astu hominum in artis modum redacta est; is praesertim, qui staturam Oarioneam a natura non tulisset, laude merita minime fraudabatur, si cum viribus majorem haberet animum, quae subsidia latera lacertique denegabant, ab astutia peteret, ac interea dum, ut Pindarus inquit* (3), *audacia leonem referebat in labore graviter fremen-*

(1) Ap. Plutarch. in lib. de sollert. Anim.
(2) Hom. Od. l. 16.
(3) Istm. od. 4.

bolo della sapienza, sè con Ulisse paragonandogli dice (1):

. . . . entrambi al pari
Siam nelle frodi esperti: ogni mortale
Tu nel consiglio e ne' raggiri avanzi;
Io per senno ed astuzie ho il primo vanto
Su tutti i Numi.

7. Quantunque però la forza sdegnasse in prima d'accompagnarsi all'astuzia, l'utilità nondimeno di mano in mano pacificolle, e spesso insieme le collegò. Onde l'astuzia fu assunta anch'essa al governo de' fatti umani, e reputandosi per lo innanzi vituperoso checchè la forza non operasse, prese ad aversi anche in onore l'ingegno: perchè sebbene rompa gli stimoli e affreni l'impeto del vigore, spiana ciò non ostante ed assicura la strada alle difficili imprese. Che anzi venendo spesso costretto l'animo dalla necessità a rivolgersi per ogni lato, e le facoltà sue messe in campo espressamente mostrando, esser meschina, come diceva Euripide (2), la robustezza umana, ove affrontisi con doppia e cupa sagacità, la qual doma quanto mai l'aria la terra e il mare alimentano; quindi teneasi per uom compito e perfetto chi fosse insieme di mani armigero e poderoso d'ingegno (3). Sebbene poi l'astutezza contribuisse assaissimo ad ispedir grandi imprese, pregiavasi tuttavia più di necessità che per nativa eccellenza; ed ove non affettasse temerità era per sè medesima di vituperio e di scherno. Per la qual cosa, dopo che la violenza per astutezza degli uomini si fece industria, chi non avesse principalmente sortíto dalla natura una statura Orionèa non defraudavasi della debita estimazione, se gran vigore a maggior cuore accoppiando si procacciasse dalla sagacità quegli ajuti, che gli negavano i polsi e i nervi; e men-

(1) Omero Odissea lib. 13. *secondo la detta versione*.
(2) Euripide appresso Plutarco della sagacità degli Animali.
(3) Omero Odissea lib. 16.

tem, astu vulpem imitaretur, quae dorso incumbens aquilae cohibet avertitque impetum, At iis maxime, qui dignitate eminerent, ac florerent opibus, turpius esse putabatur uti fraude speciosa, quam vi manifesta; quippe cum existimaretur, alteram, ut Brasidas apud Thucydidem (1) *non diffitetur, jure potentiae, quam fortuna dedit, inferri; alteram ab injusti propositi insidiis proficisci: quasi aequum esset id alios pati, quod alterius exaequata cum potentia libido ingerat; ac potentia viribus externis ita expleatur, ut nihil ad eam quidquam ingenium acre et versatile conferat.*

8. *Quae vero calliditas armata prodibat, cum vires aetate corroborata abundarent, aetate deflorescente mitior facta in eam, quae moderata est atque a ratione profecta prudentia, desinebat. Nam cum animus esse in tranquillo coepisset, qui se huc illuc antea versabat, et ardore cupiditatum una cum sanguine ac spiritu refrigescente multa persequi cogitatione posset; contentionum atque inimicitiarum motus turbolentos cum ea vita comparans leni ac placida, cujus aetas ingravescens desiderium aliquod afferebat, intelligere facile poterat, iram eam esse laudabilem, qua tuta pax et honesta pararetur; qua vero dissidia, pugnae, clades, ac rerum eversiones perpetuarentur, eam esse vituperandam, et a natura alienam. Alteram enim sanguinis esse quasi fervorem quemdam excoquentis admixtum cruditatis quidpiam; alteram autem hominis tamquam febre naturae vires exsuperante laborantis insaniam. Quocirca sese ad ea suadenda contulerunt, quibus a ferina consuetudine, et odiis internecinis ad mansuetudinem homines et amicitiam traducerentur. Sed neque*

(1) Hist. l. 4.

trechè, come si esprime Pindaro (1), simigliava nell'ardimento il lione ferocemente rugghiante nella fatica, contraffacesse con la scaltrezza la volpe, la qual pontata la schiena scompiglia e rompe la violenza dell'aquila. Ma spezialmente a quelli, che soprastando per dignità fiorissero di potenza, a maggior onta ascrivevasi usare speziosa fraude, che aperta forza; sendochè questa si reputasse intentarsi, come non nega Brasida presso Tucidide (2), per il diritto di quel potere, che ne donò la fortuna; quella procedere dalle trame d'ingiusto proponimento: quasi equità pur fosse tollerar quanto l'altrui libidine sostenuta da pari forza ne scarica, e sì dall'esterne forze compiasi la potenza, che nulla possa un variato e pronto intelletto aggiugnerle.

8. Ma quell'astuzia, che braveggiava armata sinchè le forze vegete per età soperchiavano, fatta più mansueta nello sfiorire degli anni degenerava in quella sagacità, ch'è prudenza, ed ha temperato ingegno, e prende forza e costume edalla ragione. Perciocchè avendo preso a calmarsi l'animo, che per l'innanzi qua e là furioso agitavasi, e pel mancare degli appetiti, che con il sangue e la vita si raffreddavano, essendo messo in balìa di stringere nel suo pensiere più cose, paragonando insieme i turbolenti moti delle ostilità e delle risse con quel benigno e tranquillo vivere, di cui la età declinante muoveva alcun desiderio, poteva intendere di leggieri, quell'ira essere commendabile, che ne apprestasse pace sicura ed onesta; quell'ira poi, che discordie battaglie stragi sovvertimenti perpetuasse, essere abbominevole e al naturale diritto opposta; sendo la prima quasi un cotale bollor di sangue purgantesi d'ogni contratta malignità; l'altra poi come un'insania d'uomo in frenesìa per febbre già soperchiante le forze della natura. Per lo che gli uomini di canuto di-

(1) Pindaro Istm. Ode 4.
(2) Tucidide Istoria lib. 4.

Nestoris, cujus ex ore melle dulcior fluebat oratio, sedata consilia lenire furentem Achillis animum poterant (1); *neque Vlyssis, qui verba nivis hibernae similia fundebat, eloquentia sese leniter insinuans in exulcerato animo penitus insidentem iram exorare, ut aliquando mite quidpiam admitteret* (2). *Nam surdo canit qui cohibendos in pectore spiritus elatos esse, quod humanitas praestabilior sit, iis persuadere conatur, qui cum viribus plurimum possint, extimescantque neminem, aeque ducunt indignum animo forti et magno tradere se prudentissime commonenti, atque hosti contra ruenti succumbere.*

9. *Verum quod efficere nondum poterat eorum auctoritas et sententia, qui provecti aetate essent, aliisque consilio praestarent, effecere tamdem eventus ipsi rerum, qui sensim immites ad lenitatem mores converterunt, atque a vitae ratione tumultuosa et infesta traduxerunt ad eam, quae justitia magis et mente regeretur, quam cupiditate atque animi motibus perturbatis. Vel enim assidua contentione debilitatis ultro e manibus arma excidebant: vel aequatis iterum ac saepius repulsi viribus, infecta re cogebantur ab incepto desistere; vel fracti adeo, ut vires animique deessent ad res repetendas, humana ac divina omnia victoris arbitrio permittebant, ne frustra repugnando penitus interirent. Quare sublata dimicandi caussa, quietem aliquam agere coegerunt feroces animos atque vincendi cupidos: ac dum concitatio subsederat, sive studio, sive temporibus accommodato consilio ducti, cum effunderentur omnes*

(1) Iliad. l. 1.
(2) Iliad. l. 3.

scernimento applicaronsi a persuader quelle massime, che da' ferini usi e da' mortiferi odj ritrar potessero a mansuetudine e ad amicizia l'umanità. Ma nè i calmati avvisi di Nestore, dalla cui bocca sentenze usciano assai più dolci che mele, potean d'Achille disacerbare il furioso animo (1); nè l'eloquenza di Ulisse, il qual versava parole simili a neve d'inverno, insinuantesi lieve lieve nell'animo esulcerato, ne potea svolgere la fitta collera, sicchè ammollito si aprisse pure una volta a qualche benignità (2). Imperocchè gracchia al vento chiunque affannasi a persuadere, doversi in petto frenare gli alteri spiriti per essere assai migliore l'umanità, a que', ch' essendo poderosissimi e di nessun paventando, stimano indegno egualmente di vigoroso e grand'animo cedere al senno di consiglier prudentissimo, che al fiero scontro d'un inimico soccombere.

9. Quanto però non poteva operare ancora il consiglio e l'autorità di quelli, che di prudenza e per età soprastavano, lo effettuarono alfine gli evenimenti medesimi delle cose, i quali insensibilmente volsero gl'imbestialiti costumi ad umanità, e da un'infesta e tumultuosa ragion di vivere ad una li trasportarono, la quale colla giustizia e col senno, più che con l'appetito e con le ardenti passioni, si governasse. Imperocchè o spossati da risse eterne cadeano loro di mano l'armi spontaneamente; o più e più volte respinti dalle uguagliate forze erano astretti a cessare la vana impresa; o fracassati a segno, che lena e cuore mancasse da ritentar la fortuna, abbandonavano ogni ragione divina e umana all'arbitrio del vincitore per non sospingersi con resistenze inutili ad un totale esterminio. Onde, sottratta ogni cagion di combattere, costrinser gli animi alteri e disiosi di vincere ad usar qualche riposo; e mentrechè si quetavano le turbolenze tutti effondendo-

(1) Omero Iliade lib. 1.
(2) Omero Iliade lib. 3.

in eorum obsequium, quos propter insolentiam otium diu pati non posse providebant, in eosque congererent undique signa omnia, quibus excellentia quaedam et potestas eximia coli placarique potest; tandem factum est, ut hisce delinimentis eorum quasi consopitus furor languori se daret; animusque flecteretur ad ea studia, quae rebus partis adhiberent culturam aliquam, ne qui fructus ex iis capi poterat, exaresceret. Nam cum antea contentus animus laxaretur honoribus habitis, otioque retenderetur, per ea, quae dabat, intervalla facile sese prudentum monita insinuare poterant, ut legibus intestini compescerentur motus, hominesque certarent officiis mutuis alter alterum demereri. Cujus quidem conjunctionis atque conspirationis animorum utilitate percepta, coepit ea diligi ab ipsis iis, quorum a moribus inveteratis maxime dissidebat. Vsu enim ac sensu ipso interiore compererunt, etsi ratio obticuisset, jucundius esse tutiusque et homine dignius ab suis coli beneficio devinctis, quam timeri a lacessitis injuria, ceterisque anteire dignitatis ornamenta omnia sponte deferentibus, quam invitis per vim imperare, metuque adigere ad extrema quaeque commovenda, ne sit iis turpiter serviendum, aut inulte pereundum. Qui vero temperatiore animo essent, evasissentque incolumes ex jactatione tanta, quid expetendum tantopere, tamque magna cura tuendum existimare poterant, quam vitam degere terrorum vacuam; nulla ingruente nefariorum manu exturbari de sedibus; nullo rerum tumultu a studiis institutisque suis avocari? Tum, quasi edolata asperitate ea, quae ferinam antea naturam praeseferebat, fortitudinis ea forma exculpta est, quae mores humanos decet. Tum justitia, quae rerum motibus turbulentis oppressa nondum emerserat, libere caput extulit, et quae vi pulsa nuspiam habuerat consistendi locum, publica in luce versari, summamque dignitatem at-

si, o per impulso di sentimento, o per consiglio ispirato dalla necessità, ad ossequiar coloro, cui prevedevano già non potere per alterigia tenersi a lungo nell'ozio, ed ammassando su d'essi a gara per ogni parte tutti que' fregi, co' quali può venerarsi e placarsi una preeminenza e potestà segnalata, ottennesi finalmente che da siffatte lusinghe quasi addormito s'illanguidisse il furor di quelli, e piegasse l'animo a quelle arti, le quali in fiore mettessero con opportuno coltivamento le signorìe procacciate, perchè quel frutto non isvanisse che ne potevano somministrare. Perciocchè l'animo, innanzi rigido, pe' conseguiti onori allentandosi e rallargandosi nel riposo, apriva alcuni intervalli, per cui potevano insinuarsi ad agio le ammonizioni de' savj per ottenere, che si frenassero con le leggi le agitazioni intestine, e gli uomini gareggiassero ad obbligarsi l' un l'altro con iscambievoli uffizj. Del quale accordo e consenso di sentimenti compresa la utilità, cominciò pure ad amarsi da que' medesimi, da' cui invecchiati costumi più discordava. Imperocchè la esperienza e il medesimo interior senso manifestarono, sebbene avesse taciuto pur la ragione, essere più gioconda e sicura cosa e più dicevole ad uomo esser da' suoi per coscienza di benefizj adorato, che da ingiuriati cuori temuto; e soprastare ad uomini spontaneamente offerenti ogni pompa di maestà, che tirannescamente signoreggiare a riottosi, e col timore costringerli ad ogni via disperata per non servir laidamente, o invendicati morire. Que' poi che fossero di più benigno temperamento, e usciti fosser di tanto scompiglio illesi, qual cosa mai potean credere e a disiarsi più cara, e a conservarsi gelosamente più degna, che il menar vita scarica di paure; da niun assalto improvviso di malfattori esser cacciati di nido; per niuna civil tempesta essere dagli studj e costumi suoi distornati? Allora quasi rammorbidita quella durezza, che per l' innanzi ostentava brutal natura, si modellò tale

que auctoritatem aliquando tenere coepit. Tum porro ingenia expoliri, educique artes ac disciplinae, quibus animus excoleretur, ac vitae commoda, civitatis opes, et ornamenta dignitatis augeri solent.

10. *Sed interea dum legibus ac judiciis aequi bonique jura communiuntur, ex altera parte facultates rerum, et industria confluentium utilitatum incitamentis extimulata paullatim ea invehunt omnia, quibus justitiae fundamenta succutiuntur, et ei maxime infesta discordia ac seditio cupiditatum alitur. Ita enim fere accidit, ut animi securitas vitae tranquillitati succrescat; securus animus effundat cupiditatum segetem; cupiditates industriam exacuant; industria multiplicet ea, quibus ambitiosae voluptates et sumptuosae mirifice variari possunt; usu vero voluptatum exhauriantur opes, obsolescat pudor, exultet improbitas, avaritia divina cum humanis permisceat, pecunia summam auctoritatem habeat, omnia perrumpat vis; exundante denique colluvie cupiditatum omnium dejiciantur leges, quae propugnacula sunt ac muri civitatis, et, licentius grassantibus moribus malis, honesti ac decori semina penitus obruantur. Nam victu et cultu a necessariis ad elegantiora defluente relaxari temperantia solet, animique fortitudo debilitari; sensimque adnascitur alteri luxus confector et consumptor omnium, alteri corruptrix ambitio bonarum artium, quae nihil simplex atque sincerum esse patitur: quae si quidem ignavum hominem inertemque occupent, languidis illum voluptatibus liquefaciunt, et inani magnificentia sum-*

immagine di fortezza, quale ad umani costumi avviensi. La giustizia allora, che oppressa dal tempestoso mescersi delle cose teneasi ancora nascosta, e cacciata dalla violenza si tramenava raminga ed esule per ogni dove, liberamente alzò il capo, e incominciò ad aggirarsi pubblicamente fra gli uomini, e a posseder finalmente supremo grado ed autorità. Allora certo si dirozzaron gl'ingegni, si trassero a luce le arti e le discipline, da cui lo spirito avvivasi, e sogliono amplificarsi le utilità della vita, le forze della repubblica, e gli ornamenti della maestà.

10. Ma intantochè con le leggi e con i giudizj si fortifican le ragioni del retto e del convenevole, dall'altra parte le proprietà delle cose e la industria, messa in ardore dalle utilità concorrenti, spingono dentro allo Stato quanto può scuotere i cardini della giustizia, e fomentar le primarie nemiche sue, discordia e gara tumultuaria d'affetti. Imperocchè d'ordinario avviene, che vada con la tranquillità della vita crescendo la sicurezza dell'animo; che un animo sicurissimo spanda gran quantità d'appetiti; che gli appetiti l'industria aguzzino; che la industria moltiplichi le cose adatte a versificare gli splendidi ed ambiziosi piaceri; coll'uso poi de' piaceri le facoltà esauriscansi, il pudore invieti, esulti l'improbità, l'avarizia ponga in un fascio profano e sacro, ottenga l'oro amplissima autorità, tutto sconquassi la forza; straboccandosi alfin la piena di tutte le cupidigie ne sien travolte le leggi, che son le rocche e i ripari della città; e sempre più scatenandosi i rei costumi restino i semi stessi della decenza e onestà miseramente abissati. Avvegnachè col trascorrere della vita dalle necessità all'eleganze suole allentarsi la temperanza e infiacchirsi la vigorezza dell'animo, e sopravviene insensibilmente, a quella un lusso maceratore e distruttor d'ogni cosa, a questa un'ambizione corrompitrice dell'arti buone, la qual non soffre che nulla resti nella sua schietta semplicità. I quali affetti, se soprappiglino un

ptuum effusorum elatum in eam inducunt opinionem, ut summo loco natis ad laudem et claritatem unam hanc esse viam reliquam ac decoram putet. Quare cum antea summa praestantissimorum hominum virtus ac laus esset magnus exantlatus labor, ac vigeret effatum illud Hesiodi (1): Non est operose quidpiam moliri dedecus, sed nihil omnino agere dedecus est; *postquam ex animi torpore nata socordia splendorem quemdam ac dignitatem a divitiis mutuata est, virtutis occupavit locum, ac praecipuum fortunarum amplissimarum coepit haberi decus. Sin autem luxus et ambitio callidum invaserint, et ad omnia suscipienda paratum erectumque animum; tunc ea monstra pariunt, quae descripta a Nepote Tullioque legimus, ubi nobis expressam ille quidem Alcibiadis effigiem, hic vero Catilinae exhibet. Alter enim versare suam naturam, atque huc et illue ita torquere poterat, ut idem cum tristibus severe, cum remissis jucunde, cum senibus graviter, cum juventute comiter, cum facinorosis audacter, cum luxuriosis libidinose viveret (2): alter autem ad omnes res aptus, consiliique plenus erat, disertus, dives, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus, affabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens, idemque luxuriosus, dissolutus, intemperans, ut omnes admirarentur in uno homine tantam esse dissimilitudinem, tamque diversam naturam (3). Cujus quidem generis homines pestilentissimi sunt, quod eorum vitia specie quadam illustri virtutis assimulatae non obtegantur modo, sed etiam illuminentur, atque ad omne genus hominum capiendum conformata flagrantes libidinibus animos illecebra nativa alliciant; graves et severos adscita virtutum indole concilient;*

(1) L. 1. op. et dier.
(2) Tul. Orat. pro Coel.
(3) Corn. Nep. in Alcib.

cuore infingardo e torpido, lo dinervano di voluttà languidissime, e rigonfiandolo del fasto vano di strabocchevoli spese, il traggono a persuadersi, che tal via sola rimangasi pe' nati d'alto lignaggio a stima e celebrità. Per lo che essendo innanzi gloria e virtù primaria de' prestantissimi uomini l'aver durato fatiche enormi, e valendo quella sentenza di Esiodo (1),

Non è scorno l'oprar, l'ignavia è scorno,

dopo che la pigrizia, nata dallo stupore dell'animo, accattò forza e splendore dalle ricchezze, occupò allora il luogo della virtù, e prese ad essere riputata delle fortune amplissime il principale ornamento. Se poi l'ambizione e il lusso appicchinsi a cuore astuto, e baldanzoso e pronto ad imprender tutto, procreano allora que' mostri, che noi miriamo e da Nepote e da Tullio pennelleggiati, ove quei mostrane delineata la immagine di Alcibiade, questi di Catilina. Imperocchè Catilina potea sì bene aggirare, e qua e là volgere il suo naturale, d'assumer indole seria co' melanconici, gioconda con gl'infingardi, grave co' vecchi, piacevole con i giovani, co' malfattori ardita, libidinosa co' dissoluti (2). Era poi abile a tutte imprese Alcibiade, ed era pien di consiglio; eloquentissimo, ricco, laborioso paziente, liberale, splendido, affabile, lusinghiere, astutamente pieghevole alle occasioni; ed era pure ei medesimo lussurioso, dissoluto, ed intemperante; cosicchè tutti maravigliavansi, che fosser pure in un uomo costumi tanto dissimili e tanta diversità di natura (3). Gli uomini di cotal fatta son certo pestilentissimi, perchè i lor vizj non solo velansi, ma si richiarano ancora d'un'apparenza splendida di simulata virtù; ed essendo formati a prendere ogni maniera d'ingegni, con naturali lusinghe adescano gli animi ardenti di cu-

(1) Esiodo I lavori e le giornate lib. 1.
(2) Cicerone nell' Orazione in favor di Celio.
(3) Cornelio Nepote nella vita di Alcibiade.

popularia denique ingenia admiratione caeca obstupefacta detineant. Luxuria vero divitum, et ambitione potentiorum alitur eorum avaritia, quibus aliena vitia lauta quaestui sunt; et audacia facinorosorum invalescit, quibus neque res neque spes ulla bona domi est: quorum genus alterum nihil sani in moribus esse, alterum omnia permisceri juvat. Nam qui lucrum ex artibus malis aucupatur, quo vita communis solutior est, eo paratiorem ac latius patentem arbitratur ad quaestum esse sibi reclusam viam; et cum ex aliorum perditis moribus occasionem captet praedae, omnibus omnia pro libidine licere, sua magni referre putat, ut aditus ad inserviendum iis plurimos habeat. Quare impurus ille apud Plautum (1):

Boni, *inquit*, viri me pauperant, improbi alunt,
Augent rem meam mali: populi strenui
Damno mihi, improbi usui sunt.

Qui vero pacatis rebus et optime constitutis non nimis habet quid speret, et consequi possit, ei fraenum omne licentia solutum esse prodest, ne desit occasio nova moliendi; neque magis ille quidquam expetit, quam ut complures sint, qui flagitio egestate aere alieno exagitati non inveniant, unde libidinibus sumptus suppeditent, nisi vi res geratur omnis, et dux praesto sit ad facinus audax, cujus et in praesidio lateant, et incepta vicissim summa ope adnisi fulciant. Quare cum ad optimi rerum status dissolutionem voluptarii libidines, quaestui dediti et alienis inhiantes iniquissima fenora ac lenocinia, ambitiosi

(1) In Pseud. act. 4. sc. 7.

pidigie ; con una posticcia indole di virtù gli austeri e gravi guadagnansi; tengon poi presi di stupida maraviglia i popolari intelletti. Ma l'avarizia di quelli, cui son di traffico i splendidi vizj altrui, s'alimenta dalla lussuria de' ricchi e della boria de' prepotenti, e si corrobora dalla temerità de' facinorosi, che non han seco speranza nè cosa buona; al primo genere de' quali uomini giova che nulla sia ne' costumi d'intatto, all'altro che a guasto mettasi ed a rovina ogni cosa. Poichè chiunque brigasi d'arricchire con deferenze turpi e con prave arti, quanto più il vivere sia scapestrato, tanto più larga e spedita via credesi aperta al guadagno ; ed afferrando occasion di sacco da' rovinati costumi altrui stima suo grande interesse, che a ciascheduno sia lecito sbizzarrire e disbrigliarsi a talento, per aver mezzi moltiplici da secondarli. Per lo che in Plauto quell'impudico dice (1):

. . . . gli uomini onesti
Riduconmi 'n miseria, gli sciaurati
Mi danno da mangiare, e que' perduti
M'ingrandiscon l'entrate. I cittadini
Di vaglia mi sono di danno, e la
Canaglia è quella, che mi è di guadagno.

A chi però non ha molto nè che sperare, nè che poter conseguire in fermo e solido stato, giova che rompasi dalla licenza ogni freno, perchè non manchi occasione da macchinar novità ; nè tali uomini altro più agognano ardentemente, quanto che v'abbia molti, che, travagliati dalla vergogna dalla miseria da' debiti, non abbian onde saziare le ingorde voglie, e a temerario colpo sia pronto un capo, nella cui guardia chiusi, e congiurati di forze e di volontà spronino arditi l'impresa. Per la qual cosa apportando i voluttuosi alla dissoluzione dell'ordine le libidini, i barattieri e' famelici dell'al-

(1) Plauto nel Trappola *secondo la versione dell'* Angelio Atto 4. Scena 7.

factiones et corruptelas, audaces et egentissimi vim atque desperationem afferant; paullatim fit, ut oppugnatis undique moribus bonis, et vinculis omnibus revulsis legum atque judiciorum in licentiam immoderatam universa denique prolabantur.

11. *Conversiones ergo rerum humanarum gradibus hisce progrediuntur, promovente facultate illa animi, quae maxime expedita rerum potita est. A rudi victu ac duro, quo robur alitur, ad eam vitae rationem gentes deductae sunt, in qua ferocitas et versutia confligunt inter se, resque vi peraguntur, et insidiis impotenti furore communitis. A ferino statu hoc rerum, quo dominatus occupari solent, ad eum porro devehuntur, qui fortitudine nititur et prudentia; rebusque partis tuendis, ac turbulentis ordinandis accommodatus est. Hanc deinceps excipit optima civitatis constitutio ea, quae justitia regitur, ac devincta continetur legibus; et cum otio abundet, atque opportunitates maximas habeat ad opes augendas, excolendasque artes, eapropter ad omnes vitae commoditates atque jucunditates percipiendas in primis idonea est. Otio vero confirmato, fortunis auctis, et vitae commodis ac deliciis multiplicatis cupiditas exaggerata laxare legum fraena nititur; ac justi et aequi munimenta omnia concutit adeo propellitque, ut aestuantem cupiditatem ea continere minime possint.*

12. *Homerus, qui ut rerum naturam, quae sui semper similis est, aequibiliterque fluit, carminibus inclusit suis, ita mores, qui commutantur idemtidem, aetatum omnium congessit, in unumqne tempus contulit, ut ex conflictu morum inter se maxime dissidentium eventus existerent admirabiliores, ingenii humani progressus a duritie prima ad extremam dissolutionem expressit in viris principibus, et gradus*

trui le usure ed i ruffianesimi, gli ambiziosi fazioni e corrompimenti, gli ardimentosi ed i poverissimi violenza e disperazione, avviene insensibilmente che i be' costumi attaccati per ogni parte, e tutti sì delle leggi che de' giudizj spezzati i vincoli, l'intero stato precipiti finalmente nel più sfrenato disordine.

11. I mutamenti adunque delle vicende umane per questi gradi trascorrono, promovendoli quella potenza dell'animo, che, sviluppatasi il più, di tutta quanta la vita s'impadronì. Da un'aspra e dura ragion di vivere, da cui si nutre la gagliardezza, a quella vita conduconsi le nazioni, in cui l'astuzia e la ferocità si combattono, ed ogni cosa governano la violenza e la insidia da prepotente furore convalidata. Da questo ferino stato, in cui sogliono i principati occuparsi, a quello poi si trasportano, che alla fortezza e prudenza attiensi, ed è opportuno a curare gli acquisti fatti, ed a comporre in bell'ordine le signorìe turbolente. A questa di poi sottentra quella perfetta costituzion di città, che reggesi dalla giustizia, e vincolata conservasi dalle leggi; ma che per essere piena d'ozio e di grandi mezzi, onde accrescere le ricchezze e coltivare le arti, è perciò sommamente propria a gustare tutte le morbidezze e giocondità della vita. Ma dall'assodato ozio, dalle fortune ingrandite, e dagli agj e da' piaceri del vivere moltiplicati fatto più ingordo il talento, si sforza a sciogliere i vincoli delle leggi, e così batte e dirompe gli argini della ragione e del giusto, che gli estuanti appetiti più contenere non possono.

12. Omero, il quale come ritrasse ne' versi suoi la natura, che sempre simile a sè medesima equabilmente discorre; così raccolse e restrinse in un tempo solo tutti i costumi gradatamente variabili d'ogni età, perchè dall'urto di tante disparatissime forme evenimenti riuscissero più ammirabili; ne' personaggi primarj espresse le progressioni della natura umana dalla natìa barbarie sino all'estrema dissolutezza, e i succedevoli

omnes alterum alteri continuatos distinxit, atque sub uno aspectu posuit. Nam ut omittam immanitatem, quae ferarum omnino est, Polyphemo attributam, Achilles typus est invicti roboris, animique impotentis; Ulysses astutiae violentia suffultae; Nestor prudentiae fortitudine animi sustentatae; fortitudinis Hector et justitiae; justitiae Antenor imbellisque prudentiae; Paris demum libertatis effusae, suaeque libidini posthabentis omnia. Duces alii ac proceres interjectos explent gradus, quibus hi, qui extant maxime, connectuntur.

13. *Status autem hi, pro varia sive locorum sive hominum indole, rerum casibus intercurrentibus variis immutari multimodis interque se complicari possunt: et mores ac leges populorum quae exortae ex hisce sunt, eisque incrementum ferre debent, easdem, atque ipsi, mutationes habere solent. Nam iis, quorum res est angusta domi, ingenium pingue, corpusque valens, cultus diu victusque asperitas adhaerescit, quam fere comitantur agrestes incultique mores. Cum iis autem, qui animis ardentiores sunt, ingenioque praediti acuto ac versatili, diu ferocitas consuescit, quam fraudulentia pone sequitur, et labore fatigatam alterna vice mollitia sinu fovet relaxatque penitus; ut qui patientior in periculis est, effusior idem esse in otio soleat in voluptatum illecebras. Quibus ea demum quasi temperatio animi obtigit, ut ab extremis aequo virtutibus ardentioribus absint ac vitiis, hi cum rationem exsolvant maturius animi motibus concitatis, res etiam sedatius inter se comparare, momentisque suis diligentius ponderare possunt. Quare viget in iis prudentia, rerumque scientia bonarum ac malarum, eique justitia ac vera magnitudo et excelsitas animi comes additur. Nam qui consilio reguntur, et corporis animique motus*

gradi meschiati insieme distinse, e in una immagine sola rappresentò. Imperocchè, trasandando la efferatezza, ch'è tutta propria de' bruti, in Polifemo adombrata, Achille è forma della fortezza invitta e del coraggio indomabile; Ulisse della scaltrezza forte di braccio e di cuore; Nestore della prudenza corroborata dalla fortezza dell'animo; Ettore della fortezza e della giustizia; Antenore della giustizia e della imbelle prudenza; Paride finalmente d'una licenza sì rotta, che nulla stima interdetto alla sua libidine. Gli altri capitani e magnati empiono i gradi interposti, da' quali come da tante anella intermedie sono intrecciati insieme quelli che spiccano il più.

13. Ma tali stati, secondo la varia indole così de'luoghi come degli uomini, posson per varie accidentalità intraversantisi in mille guise alterarsi e mescersi confusamente: ed i costumi e le leggi delle nazioni, che di lor nacquero, e debbon loro apportar fermezza ed accrescimento, sogliono correre le mutazioni medesime che gli stati. Perciocchè agli uomini di scarso avere, di pingue ingegno, e di valida corporatura, per lungo tempo l'asprezza appiccasi delle maniere e del vivere, che seco menasi d'ordinario costumi duri e selvatici. Con quelli poi, che son di cuore più ardenti e di pieghevole e vivo ingegno, a lungo quella fierezza allignasi, che si trae dietro la fraudolenza, e che spossata dalla fatica prende alternatamente ristoro e total sollievo nel seno della mollezza; talchè quell'animo, che più a' pericoli indura, suole nell'ozio con più veemenza diffondersi ad ogn' invito e lusinga di voluttà. Que' finalmente, i quali siffatta d'animo costituzione sortirono, che sien lontani egualmente dalle virtù sublimi e da' vizj più impetuosi, sviluppando essi più prestamente la ragion loro dalle passioni tumultuose, posson le cose più quetamente fra loro paragonare, e più diligentemente nel valor vero apprezzare. Laonde fiorisce in essi e la prudenza e la scienza delle malvage ed one-

natura moderatos habent, hi facile virtutum sunt germanarum compotes; ceteri vero vel ignorantia vitiorum innocentes sunt, vel impetu animi confuso incitati similia quaedam virtutibus expromunt. Duorum enim generum superiorum in altero temperantia nihil est aliud, quam naturalium, quae paucissimae sunt, appetitionum sensu ipso dimensa expletio; fortitudo viribus solis corporis nititur; justitia vix alia cognoscitur, quam quae, rudi cupiditate sedata, patitur alios habere quod usui sibi non est; prudentia denique propter eventorum rebus in exiguis, rudibusque cupiditatibus paucitatem vix ullum locum habet: in altero vero temperantia est abstinere voluptatibus iis, quae convenire minime possunt in animum, qui sui plerumque impos est, et in utramque partem effraenate ruit ira aeque ac luxuria immodicus; fortitudinis ea conari, quae proxima feritati sunt; justitiae, quos bonis everteris omnibus, iis omnino spiritum non adimere, vel si nullam conditionem recusent durissimae servitutis, urgere levius, idque facere, quod non auferas, servitii pretium ut sit; prudentiae denique, quos vi non possis, eos dolis et insidiis labefactare. At postremi generis temperatus ille est, qui animum avocet ab affectionibus iis, quae cum ratione, ac praestantia naturae humanae minime congruunt; fortis, qui rebus altius fluxis, et in arbitrio fortunae positis exerat caput, ac neque adversis debilitetur, neque laetis efferatur immoderate; justus, qui neminem laedat, idque omnibus attributum velit, quod humanitatis insita jura, legesque ex iis descriptae voluerint esse cuique suum: prudens tandem, qui rerum casus humanarum animo prospiciat, eaque providentissime comparet, quibus hi praecaveri possint aut emendari. Quoniam autem de rebus ad vitam pertinentibus ita judicatur, ut animus affectatus est (affectionibus enim opiniones obsignari quodammodo solent) propterea quae

ste cose, cui fida accoppiasi la giustizia, e la verace grandezza ed altezza d'animo. Perciocchè quelli, in cui ragiona buon senno e guida il senso e lo spirito di lor natura già placidi, agevolmente posseggono virtù reali; ma tutti gli altri o innocenti sono per ignoranza di vizj, o incitati da un cieco ardore dell'animo producon larve ed immagini di virtù. Conciossiachè nella prima delle due spezie d'uomini sopra esposte la temperanza non è che la sazietà de' naturali appetiti, che son pochissimi, dal senso stesso indicata; la fortezza alle sole forze del corpo attiensi; altra giustizia che quella appena conoscesi, la quale sedate le rozze voglie tollera ch' altri s'abbia quanto è disutile a sè; appena poi la prudenza ha luogo per la rarità de' successi in tenuissime cose ed in selvaggi appetiti: dove nell'altra spezie è temperanza astenersi da que' piaceri, i quali allignar non ponno in un animo, che raramente è padrone di sè medesimo; fortezza tentare imprese, ch' abbian feroce carattere; giustizia non rapir l'anima a quelli cui già strappasti le facoltà, oppur se legge di soggezione durissima non ricusino stringerli a giogo men aspro, e far che quanto non togli loro sia loro a prezzo di servitù; prudenza alfine snervar con fraudi ed insidie quanti non puoi con la forza. Ma dell' ultima spezie d'uomini il temperante è quegli, che svaga l'animo da quegli affetti, i quali con la ragione e col pregio della natura umana mal si confanno; forte è colui, che dalle cose altamente labili, e sottoposte all' arbitrio della fortuna, prende vigore e baldanza, nè per le avversità si fiacchi, nè follemente si gonfj per le prosperità; giusto chi niun offenda, e voglia a tutti concesso ciocchè gl'ingeniti diritti umani e le leggi da tai diritti ordinate vollero proprio a ciascuno; prudente è quei finalmente, che veglia il corso dubbioso de' casi umani, e s'apparecchia e fornisce provvidamente di tutto ciò, per cui possano o prevenirsi o correggersi. Poichè però delle cose spettanti al vivere ciascuno giudica secondo sia

fortitudo ab iis dicitur, qui ratione gubernantur; animi demissio vocatur ab iis, qui feritatem ex animo nondum excusserint: mores ad humanitatem exculti, remissi appellantur et effoeminati; quod injuste ac dolose factum est, id tamquam ab animo vasto, et alta cupiente, sapientiaque elationi suae pari praedito susceptum facinus collaudatur. Ubi vero cupiditates artificio nequitiae omnis eruditae nudum rationibus veris, honestisque studiis animum occuparunt, ac petulantes opiniones et sibi cognatas invexerunt; tum, ut ait Plato *(1), verecundia, temperantia, sumptuum modus appellari stultitia solent, ignavia, rusticitas, illiberalitas; contra vero petulantia nomen obtinet ingenuae liberaliterque educatae indolis, licentia libertatis, prodigalitas magnificentiae, impudentia fortitudinis.*

14. *Ex hisce fontibus effudit se proluvies ea morum, quae rationi vitium attulit, ac virtutum quasi surculos in illa abditos oppressit aut depravavit; aliisque subinde influentibus, quasi torrens auxiliaribus aquis, aucta libere in caput, fortesque hominum, et vitae cultum debacchata est. Quid autem auctoritatis et ponderis habere potest, ut ex ea natura aestimanda sit hominis, ac de rebus expetendis, et mentis atque rationis praestantia dignis judicandum? Tunc enim exorta est, cum ratio quasi consopita torpebat, vel motibus animi turbulenti agitata distrahebatur, vel sensuum illecebris enervata contabescebat. Ut vero primum fuit vel explicandi colligendive sui, vel convalescendi spatium rationi datum; hi, qui mores, quos erant forte nacti, adamarant, aut sese ad eos aptarant, meliorum desiderio consuetudine mitigato, vel represso terro-*

(1) L. de Rep. 8.

passionato (chè le opinioni dell'animo soglion per così dire improntarsi delle affezioni del cuore) quindi ciò, che fortezza nominan quelli, cui la ragione consiglia, bassezza d'animo chiamasi da coloro, che non iscossero ancor dal petto la ferità; i costumi, ordinati ad umanità, languidi e molli s'appellano; le fraudolenti ed ingiuste opere siccome azioni si encomiano di vasto animo, a somme cose anelante, e di sapienza fornito pari alla sua vastità. Ma quando poi gli appetiti, ammaestrati alle tresche d'ogni dissolutezza, s'impossessaron d'un animo voto di retti pensieri e di affezioni onorate, e lo invasarono di petulanti opinioni loro connaturali, allora, come Platone dice (1), la verecondia, la temperanza, la regolarità delle spese sogliono dirsi sciocchezza, ignavia, rozzezza, illiberalità; la petulanza al contrario s'acquista nome d'indole ingenua liberalmente educata; la sfrenatezza, di libertà; la prodigalità, di magnificenza; di magnanimità, l'arroganza.

14. Da tali fonti quella effusion di costumi si rovesciò, la qual viziò la ragione, e corruppe o spense i germogli quasi in lei chiusi della virtù; poi successivamente per altri ed altri sopraccresciuta, quale torrente rigonfio d'acque ingorgantisi, contro la vita e le fortune degli uomini, e contro ad ogn' istituto e legge senza ritegno infuriò. Ma quale aver può mai peso ed autorità, che la natura umana per lei si debba apprezzare, e giudicar per lei debbasi delle cose desiderabili, e degne dell'eccellenza della ragione e dell'animo? Perciocchè allora sgorgò tal piena, che la ragione quasi da sonno era presa, o vaneggiava qua e là distratta dalle passioni di un animo tempestoso, o stemperata dalle lascivie de' sensi si macerava. Ma tostochè si diè campo alla ragione o di scuotersi o di raccogliersi o di riaversi, coloro ch'erano vaghi di que' costumi, ne' quali s'erano causalmente inbattuti, o a quelli s'erano

(1) Platone nella Repubblica lib. 8.

ribus iis, qui res molientibus novas et ab usu communi abhorrentes obversari solent, magnitudine incommodorum adducti, reprobari refigique usitata instituta debere intellexerunt. Nam ut aeris pondus, qui circumfusus nobis est, ex quo editi in lucem sumus, sensu interea non attingimus dum aequabiliter undique praemimur, sin autem motibus insolentibus agitatus firmissima quaeque concutiat, vel in orbem convolutus suis quasi spiris illiget obvia revellatque; tum quae vis ejus sit, et quid ab eo detrimenti importari possit, experti discimus: ita qui nati et educati moribus fuerint a ratione dissentaneis, cum meliores, quibuscum ii conferantur, praesto non adsint, improbitatem eorum forte non animadvertunt abducti consuetudine quotidiana; multiplici vero perturbatione rerum, quae cum moribus ab honestate dissidentibus increbescit, expergefacti tum demum institutorum studio tanguntur, quibus ea tolli damna possint, et imperium rationis dominatu cupiditatis excellentius esse prospiciunt ac salutarius. Quam ob rem Cyrenenses luxu perditi Platonem sapientiae laude celeberrimum rogaverunt, ut novas sibi leges conderet (1)*; ac Soloni rerum summam detulerunt Athenienses, ut mores componeret civitates agrestes et efferatos* (2)*. Siquidem ea rerum a natura dissentientium ratio est, ut speciem fucatam utilitatis, qua se cupiditati commendarunt, tandem aliquando gravissima damna redarguant: quidquid autem ad honesti legem ac decori conformatum est, quo cupiditati magis adversatur, eo tutius, utiliusque deprehenditur usu diuturno.*

(1) Plutarch. in lib, ad Princ. inerud.
(2) Ael. Hist. var. l. 8. c. 10.

conformati, placato il desiderio di migliorare dall'abitudine, o soffocato da que' terrori, che sono sempre alle spalle dei tramatori di novità nemiche alle comuni maniere, stretti dalla grandezza delle contrarietà compresero, che si dovevano e riprovare e abolire le istituzioni usitate. Imperocchè, siccome non avvertiamo co' sensi la gravità dell'aria, in mezzo a cui siam pur nati, mentre ne siam d'ogn' intorno equabilmente compressi; ma se commossa da moti insoliti crolli le cose più solide, e attortigliata in turbine quasi avviluppi colle sue spire e diradichi quanto scontrasi, colla esperienza apprendiamo allora qual forza ell'abbiasi, e qual ne possa recare oltraggio: così coloro, che generati e cresciuti fossero fra costumi dalla ragione discordi, non presentandosene migliori a' quali paragonarli, svagati dalle usuali pratiche forse alla loro malvagità non attendono; riscossi poi dalla varia perturbazion delle cose, la quale aumentasi con i costumi degeneranti dall' onestà, son presi allor finalmente dalla vaghezza d'istituzioni, che possan togliere siffatti danni, e preveggono essere vieppiù nobile e salutare l'imperio della ragione, che la despotica signoria degli affetti. Per lo che i Cirenesi rovinati dal lusso chiesero nuova legislazione a Platone celebratissimo per opinion di sapienza (1); e gli Ateniesi commisero il sommo imperio a Solone, perchè ordinasse i rozzi ed efferati costumi della città (2). Che veramente il tenor delle cose disconvenienti dalla natura è tale, che finalmente danni gravissimi accusano quella mentita immagine di utilità, con cui sedussero l'appetito: checchè poi tiensi alle regole dell'onesto e del convenevole, quanto più opponsi al senso, tanto più sano e giovevole con la esperienza continua si manifesta.

(1) Plutarco nel Libro che a un Principe bisogna esser dotto.
(2) Eliano Ist. Var. lib. 8. cap. 10.

15. *Neque vero putandum est, etsi mores absoni quidam usu obtinuerint, probatos eos aeque fuisse omnibus. Non enim ad eadem omnes aeque propensi sunt; neque si quem legum conditores dissimularunt, aut etiam praescripserunt, iccirco laudasse eum, vel praeferendum censuisse ipsum per se judicandi sunt. Nonnullos enim tolerarunt, ne medicina adhibita praematura medicinae impatiens malum exasperaretur: quos aegrius evelli posse praevidebant, excoluerunt, ut alii facilius eradicari possent: quibusdam honores decreverunt, ut a contrariis homines averterentur, in quos essent natura proniores: aliquos omnino tentare non potuerunt, quod interposita religione, pro corruptione animi varia, varie deformata prohiberentur. Germanis praedas a finitimis avectare licebat, ut juventus exerceretur, ne desidia languesceret* (1). *Lacedaemoniorum legibus supplicio deputabatur non qui furtum fecisset, sed qui fuisset in furto deprehensus, ut essent alacriores ad praecavendas insidias, callidiores ad easdem parandas, ac doloris inflicto vulnere patientiores* (2). *In Aegypto, quia tolli omnino furta non poterant, id unum lator legum conatus est, ut in ordines aliquem cogerentur* (3). *Quare lege cautum fuit, ut qui latrocinari vellet, nomen in albo inscriberet, et quae surripuisset, eumdem in locum omnia comportaret, ut quod fuisset quisque suppilatus, ei persoluto quadrante recuperandi potestas esset. Quanto vero studio raperentur homines ad fraudem faciendam bonis alienis, id ex ea lege constat, qua qui mutuum quidpiam sumere vellet, creditori parentis caput obligare cogebatur; ut, si fidem fallere satis ipsum*

(1) Caes. l. 6. de bel. Gall.
(2) Plutarch. in Lycurgo
(3) Diod. l. 1. c. 3.

15. Ma non perchè alcuni usi disconvenevoli tra le nazioni prevalsero, deesi però immaginare che fossero ovunque e sempre di pari stima onorati. Poichè non tutti egualmente alle medesime cose inclinano; nè se i legislatori dissimularono, o veramente prescrissero alcuna pratica, deesi già credere ch'eglino la commendassero, o la stimassero tale da preferirsi per sè medesima. Conciossiachè tollerarono alcuni usi, perchè affrettato medicamento non inasprasse un morbo insofferente di medicina; accarezzarono quelli, cui prevedeano più duri a svellersi, perchè si potesser altri più facilmente estirpare; misero certi in onore, affinchè gli uomini da' contrarj, a' quali fosser per indole più inchinevoli, si ritraessero; non poterono affatto sforzarne alcuni, perchè interpostasi ne li cacciava la religione, diversamente, giusta la varia depravazione degli animi, deformata. Era a' Germani lecito mettere a ruba i vicini, perchè tenendosi viva la gioventù non marcisse d'infingardaggine (1). Le leggi degli Spartani non apponevano pena al ladro, sì bene al ladro colto nel furto, affinchè fossero più vigilanti a prevenire le insidie, più scaltri ad apparecchiarle, e d'ogni strazio e dolore più sofferenti (2). In Egitto, non si potendo affatto estirpare i furti, travagliò solo il legislatore a far sì che ad un qualch'ordine si riducessero (3). Per la qual cosa fu posta legge, che quanti amassero ladroneggiare inscrivessero il loro nome, e recassero in un medesimo luogo le ruberie, perchè potesse chiunque rubato fosse, pagando al ladro la quarta parte del furto, liberamente riscuoterlo. Da quanto ardore poi fossero gli Egiziani a truffe e baratterie stimolati ne si fa chiaro da quella legge, per cui ciascuno obbligavasi, qualunque cosa togliesse a debito, a fidanzare il pre-

(1) Cesare della Guerra Gallica lib. 6.
(2) Plutarco nella vita di Licurgo.
(3) Diodoro Istoria lib. 1. cap. 3.

per se turpe non videretur, accessione flagitii summi deterreretur (1). *Cum stulte alii crederent, homines in vitam hanc exilii caussa venire; alii mortuos esdem oblectari, quae vivi adamassent; alii Deos ea re praesertim exorari et coli debere, quae praestantissima in terris esset; iccirco pium ac religiosum videbatur Scythis obtruncare parentes annum sexagesimum praetergressos; Sardibus neci dare verberibus antea contusos; Gallis servos et clientes concremare, qui domino vita functo, cum viveret, fuissent cariores; nuptis Indicis inter se certare, ut una cum viro comburerentur; Gallis et Germanis ad avertendam iram Deorum captivos excarnificare; Persis ad habendas Diis gratias vivos spirantesque terra defodere; Tauris hospites immolare* (2); *Phoenicibus ornatos cultu regio pueros nobiles* (3), *Albanis hominem sanctissimum, sacris initiatum, et cute laute curata nitidum. Qui foedis imbuti religionibus Venerem colebant propudiorum Deam, iis qui persuaderi posset, illa in turpibus habenda esse, quorum haberent auctores Deos? Quare Babylonicae mulieres religione ductae diebus statis ad Veneris templum tamdiu desidebant, quod hospitum confluentium aliquis injecta pecunia, quae Veneri sacra erat et recusari minime poterat, oblatoque vitio potestatem abeundi cuique faceret* (4). *Quod excellens quidpiam esse muliebris formae pulchritudinem mores ad mollitiem lapsi quibusdam persuasissent, feminis Indicis perhonorificum erat elephantem danti copiam fecisse sui, magnitudine pretii formae praestantiam quamdam indicante singularem* (5); *et Aegyptiae, quae multos*

(1) Id. ib.
(2) Eurip. in Jone.
(3) Herod. l. 1. c. 199.
(4) Strab. l. 16.
(5) Arr. in lib. Rer. Indic.

stito sopra la vita del padre(1); perchè, se il mancar di fede non apparisse vituperoso abbastanza per sè medesimo, la giunta almeno di tanta ribalderia gli atterrisse. Stolidamente credendo alcuni, che a questa vita venisser gli uomini per esilio; altri, che morti delle medesime cose, che avesser vivi più amato, si dilettassero; altri che si dovessero e venerare e placar gli Dei con quanto avessero in terra di più eccellente; perciò sembrava agli Sciti e religione e pietà fare i lor genitori a pezzi trascorso il sessagesimo anno; a' Sardi ucciderli, pestili innanzi di battiture; a' Galli dare alle fiamme col padron morto i clienti e' servi statigli in vita più cari; alle consorti Indiane di gareggiar fra loro per esser arse con il marito; a' Galli ed a' Germani scarnificare i prigioni per divertire la collera degli Dei; a'Persiani, per attestarne agl' Iddii mercede, vivi interrarli; a'Tauri d' immolar gli ospiti (2); a'Fenicj de' giovinetti con regal pompa abbigliati(3); agli Albani l' uomo il più santo, addetto a' santi misterj, e prosperoso e nitido per sana e fresca pinguedine. Come si arebbe potuto a quelli, che imbeverati di laide superstizioni Venere Dea delle oscenità veneravano, persuader mai che si avessero in abbominio cose, di cui pur fossero operatori gli Dei? Per che le Donne Babilonesi mosse da religione sedeansi oziose ne' dì prefissi appresso il tempio di Venere, sinochè alcuno de' forastieri accorrenti, gittato in grembo a ciascheduna un danajo, che sendo a Venere sacro non si potea rifiutare, e d' esso lei soddisfattosi, non la ponesse in libertà di partirsene(4). Avendo gli usi degenerati in mollezza messo nell' animo a certi essere assai rara cosa il fiore di femminile vaghezza, era alle donne Indiane onorevolissimo prostituirsi pe 'l dono di un elefante,

(1) Diodoro Istoria lib. 1. cap. 3.
(2) Euripide nella Jone:
(3) Erodoto Istoria lib. 1. cap. 199.
(4) Strabone lib. 16.

ad sepellexissent, insignitae perisphyrio incedebant (1). *Limirnii et Agathyrsi tamquam in Platonis Republica communibus utebantur uxoribus* (2), *ut inter se germani, quemadmodum ait Herodotus* (3), *et cognati omnes neque sibi vicissim invidiam facerent, neque in se mutuo certarent odiis. Qui demum vel propter incultos mores, vel animum aequo superbiorem ceteros ne homines quidem putant, neque commune cum his quidquam habere volunt (quae Persarum arrogantia fuit, Herodoto teste* (4), *qui se quam optimos arbitrabantur, alios autem eo deteriores ac nequiores, quo ab se abessent longius) hi vel impetu caeco, vel insolenti comtemptione gentis humanae conjecti in nuptias nefarias abrumpunt adminiculum id, quo longius exporrigi societas humana potest. Quare apud Homerum* (5) *Aeolus filias dabat filiis, ut essent uxores: et Cambyses, ut idem Persis liceret, exemplo suo fecit* (6). *Immo vero regis inter Arabas cujusdam filia insimulata probri est a fratre, quod alio genere natum admisisse ad se putaretur, isque signo posito ad eam ingredi vetaretur, et fratrum ceterorum neminem intus esse certo sciret* (7).

16. *Quae caussae perversitatis morum cum tam variae sint, tamque inter se colligatae et implicitae, quam varie variisque viribus animi facultates humani sese explicare possunt, atque conspirare inter se, vel a se mutuo dissidere; pravitatis et inscitiae homini*

(1) Arr. in lib. Rer. Ind.
(2) Sest. Emp. Ip. Pir. lib. 1. cap. 14. Nic. Damasc. ap. Stobe. Serm. 44.
(3) Herod. lib. 4. cap. 104.
(4) L. 1. c. 134.
(5) Odyss. l. 1. c.
(6) Herod. l. 3. c. 31.
(7) Strab. l. 16.

significandosi dalla grandezza del prezzo la rarità di più squisita avvenenza (1); e le Egiziane, le quali avessero molti a' lor vezzi preso, contraddistinte ne andavano di calzari (2). Mogli comuni, quali nella repubblica di Platone, dagli Agatirsi e Limirnj usavansi; perchè meschiati di sangue e di affinità, come racconta Erodoto (3), non si rendessero scambievolmente odiosi, nè con invidie reciproche si lacerassero. Que' finalmente, che pe' selvaggi costumi, o per soverchia alterezza neppure han gli altri per uomini, nè cosa alcuna comune con essi vogliono (la quale per testimonio di Erodoto (4) fu de' Persiani arroganza, che riputavan sè ottimi, e tutti gli altri tanto più vili ed abbietti quanto più loro lontani), tratti da cieca passione, o da insolente disprezzo dell'uman genere, rompono in empie nozze quell'istrumento, per cui potrebbe più largamente diffondersi l'affratellanza degli uomini. Il perchè Eolo appresso Omero le figlie a' figli accoppiava (5); ed a' Persiani Cambise ne fece l'uso autorevole col proprio esempio (6). Anzi tra gli Arabi la figliuola d'un certo Re fu dal fratello imputata di vituperio, perchè credevasi avesse dato l'accesso ad uomo d'altro lignaggio, cui disdicevasi d'entrare a lei con il segnale deposto, ed era certo l'imputatore niun altro dentro aver seco de' suoi fratelli (7).

16. Essendochè tali cause della malvagità de' costumi sien così varie, e così pure tra lor connesse e ravviluppate, per quanto possono variamente e con forze varie le facoltà dell'animo svilupparsi ed essere in con-

(1) Arriano delle cose Indiane.
(2) Sesto Emp. Ip. Pir. lib. 1. cap. 14. Nic. Damasceno appresso Stobeo Serm. 44.
(3) Erodoto Istoria lib. 4. cap. 104.
(4) Erodoto Istoria lib. 1. cap. 134.
(5) Omero Odissea lib. 12.
(6) Erodoto Istoria lib. 1. cap. 31.
(7) Strabone lib. 16.

adnatae patrocinium absurde susciperet, qui nullam esse facultatum earum constitutionem et quasi structuram optimam affirmaret, sed in ea quemque permanere posse, quam forte nactus inter suos est: omnia recte moribus institutisque patriis administrari; neque vitae rationem ullam esse perpetuam constantemque posse, quod una cum rebus aliis homines immutentur, ac mores alios postulent. Necessarium enim esse quasi systema quoddam facultatum ex omnibus apte respondentibus inter se coalescens, ex ea seditione maxime patet, quae, cum sibi contrariae cupiditates inconsulte ac temere permiscentur, in animo commovetur, et a Dione Prusaensi oratione de Regno quarta descripta est. Nam cum vitae status, in quos homines impetu magis atque casu, quam certo consilio delati incidunt, in tres potissimum tribuisset, voluptarium, avarum, et ambitiosum; atque cupiditates, quas Genios cujusque vocat, ac singulis duces praeficit, accurate poetarum more et modo depinxisset seorsum alteram ab altera; saepe, inquit, duo vel omnes una Genii sortiti sunt hominem eumdem, pugnantes inter se, maximique damni cujuspiam denunciatione pro se quisque terrentes eum, qui sibi deneget obsequium, ut alteri morigeretur. Voluptarius in ea, quae sensum aliquem jucunde moveant, omnia profundere jubet; avarus contra retinet, ac minatur, eum se fame siti egestate, si paruerit alteri, confecturum. Rursus ambitiosus instat urgetque, ut ille se fortunasque suas honori et gloriae devoveat; contra parcus idem et lucri appetens injecta manu retrahit. Neque vero concinunt inter se voluptatis cupidus, amansque gloriae. Contemptor enim laudis alter est; nugas agere putat eum, qui dignitati studeat; mortemque objicit oculis, qua ingruente nullius est quisquam deinceps jucunditatis particeps; alter autem absterret a deliciis atque luxuria, dedecoris oblato probrique metu. Nesciens ille quid faciat,

sonanza in contrasto fra loro stesse, mal prenderebbe a patrocinare la pravità e la ignoranza connaturale all'uomo chi sostenesse non darsi costituzione alcuna, e quasi ottima conformazione di simili facoltà; ma ciascheduno doversi tenere a quella, cui per ventura sortì fra' suoi; tutto condursi dirittamente secondo i patrii statuti ed usi; nè mai potere ordinarsi ragione alcuna di vivere solida e impermutabile; perciocchè gli uomini, tramutandosi con le cose, varj costumi addomandano. Avvegnachè il bisogno, che in armonìa si concordino le facoltà, in armonìa risultante dalla reciproca loro corrispondenza, si manifesta principalmente da quel tumulto ch'arde nell'animo, quando passioni tra lor nemiche senza consiglio e proposito si tramischiano, e ch'è da Dion Prusense, nella sua quarta orazion del regno, adombrato. Poichè Dione, avendo principalmente partito in tre gli stati del vivere a' quali avvengonsi gli uomini, tratti più dall'istinto e dal caso che da matura sagacità, voluttuoso, avaro, e ambizioso; e avendo accuratamente ad uso e stil de' poeti, una dall' altra divisamente dipinto le cupidigie, cui Genj appella di ciascheduno e a ciascheduno stato assegna per condottieri; sovente, dic' egli, due o tutt'insieme que' Genj, uno contrario all' altro, uno stess'uomo sortirono, e ognun di loro con la minaccia di un qualche massimo danno a favor suo spaventandolo, se riverenza nieghigli per compiacere ad alcuno de' suoi rivali. Il Genio voluttuoso tutto comandagli di profondere su quelle cose, che un qualche senso piacevolmente lusingano; il Genio avaro all'incontro ne lo ritiene, e minaccia di macerarlo di fame sete e miseria, se presti a quello obbedienza. Di nuovo il Genio ambizioso lo preme e stimola, perchè all'onore e alla gloria sostanze e vita sagrifichi; dall' altra parte quel Genio stesso, tenace ed avido di guadagno, con forte braccio ghermitolo ne 'l ritrae. Nè già tra loro il cupido di piaceri e il bramoso di gloria accordansi. Per-

aut quo se vertat, sese crebro ex hominum conspectu surripit, aufugitque in tenebras, ut sine teste libidini pareat; sed ambitio latentem retegit, abstrahitque in medium. Animum igitur huc illuc abreptum distractumque, et secum semper pugnantem, ad extremum fieri necesse est omnino miserum. Nam ut morborum semet implicantium, interque se contrariorum difficilis et anceps cura est; sic animus, ubi cupiditates variae fortuito commiscentur, et intus inclusae discordant invicem, acerbissima molestia et aegre sanabili incommodo conflictatur. Qui porro systema illud facultatum nostrarum aptum atque cohaerens ex moribus populi constitui posse putat, qui non hominis cujuspiam sapientis inventum sunt, sed vitae ac temporis, ut inquit auctor praefatus (1); *is profecto non intelligit, nihil a consuetudine ulla firmi circumscriptique finibus certis expectari posse. Nam, ut idem scriptor animadvertit* (2), *consuetudo nulla comprehensione devincta neque definita est. Quare cum in dies apponatur ad eam quidpiam, serpit illa sensim longius et progreditur, perinde ac ulcera quaedam, quae manant in dies latius et increbescunt. Neque vero legibus, etsi a viro proficiscantur, cujus exprompta maxime ratio sit, ea corrigi penitus, et in gyrum rationis adduci potest; ut quod lege sanctum est, illud habendum omne sit optimum et honestati convenientissimum. Latoribus enim legum etiam sapientissimis id accidisse dicendum est, quod ipse de se confitetur aperte Solon* (3) *: qui, cum rogaretur, legesne optimas perscripsisset Atheniensibus,* Optimas, *inquit,* earum, quas accepturi erant. *Si quidem homo prudens ac moderatus verebatur, ne, si Rempublicam undique miscuisset, infirmior esset, quam ut eam*

(1) Orat. 76.
(2) Orat. Rhod.
(3) Plutarch. in Solone.

ciocch' è quegli disprezzator d'ogni lode, e reputa accattar baje chiunque briga onorificenze, e gli tien sempre la morte agli occhi, che con la vita ne invola il senso d'ogni giocondità; l'altro poi da piaceri e da lussurie frastornalo con la paura, fittagli viva in cuore, della ignominia e del biasimo. Non sapendo egli che farsi, o a qual partito appigliarsi, furasi ad ora ad ora al cospetto umano, e fra le tenebre appartasi per isfogar tutto solo la sua libidine; ma l'ambizione lo trae di tana, e nella pubblica luce lo risospinge. Gli è forza dunque che un animo qua e là rapito e distratto, e sempre in guerra con sè medesimo, sia finalmente del tutto misero. Perchè siccome è difficile e perigliosa la cura di malattie complicate, e trà se contrarie; così pur l'animo, ove discordi affetti casualmente commischiansi, e chiusi in petto ferocemente battagliano, è da gravissima angoscia e da infermità, difficilmente sanabile, travagliato. Chi poi le nostre facoltà reputa potersi in bella e perfetta armonia comporre per i costumi del popolo, che non son opera, a detto dell'allegato autore (1), d'alcun sapiente, ma della vita e del tempo; e' non intende certo, nulla potersi attendere di regolare e immutabile dentro inconcussi limiti da consuetudine alcuna. Imperocchè la consuetudine, come lo stesso scrittore osserva (2), da niun periodo si vincola e circoscrive. Per la qual cosa ogni giorno di nuova giunta aumentandosi, cresce ed avanza insensibilmente, come cert' ulceri appunto, che via via si profondano e si dilatano. Avvegnachè forza è dire, essere a' sapientissimi legislatori avvenuto ciò che di sè protesta candidamente Solone, che interrogato, se agli Ateniesi ottime leggi imponesse, l'ottime, disse, di quant' e' fossero per sopportare(3). Perchè temeva lo

(1) Dione Orazione 76.
(2) Dione Orazione Rood.
(3) Plutarco nella vita di Solone.

constituere ex integro, atque ad optimam rationem conformare posset: quae vero seu cohortando, seu vim adhibendo, quam pati poterant, impetraturum se confidebat, ea convenienter inter se vi justitiaque compositis aggressus est, utilius rebus humanis capiens aptiusque consilium vir experientissimus, quam rerum formis undique perfectis assuetus Plato, qui vocatus ab Arcadibus ac Thebanis, ut civitati recens conditae leges poneret, bonum iis tantum abnuit, quod ab aequabili partitione bonorum abhorrere eos intellexisset (1). *Qui demum verentur, ne si legi rationis immutabili velint obstrictum hominum genus, quasi Prometheum quemdam indissolubili vinculo affixum Caucaso obtrudere videantur; ii dum normam nullam certam ponunt, quacum vitae ratio omnis congruere debeat, sed omnia casuum incertorum temeritati deferenda putant, quemdam quasi Proteum invehunt, qui scenae servire sciat, quodque fuerit esse subinde desinat, atque ignoret hodie, quis sit cras futurus, quidve sibi judicaturus bonum. Ii sane, quibus id unum propositum est, ut apud quoscumque sint, habeantur carissimi, praeclarum quidpiam et pulchrum ducere possunt Alcibiadem illum, quem color omnis decere visus est* (2); *quippe qui splendidissimos Atheniensium splendore ac dignitate vitae superarit, cum Athenis esset; Boeotios, magis firmitati corporis, quam ingenii acumini servientes, labore corporisque viribus Thebas incolens anteierit; Spartae Lacedaemonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, parsimonia victus atque cultus omnes vicerit; Thracas, homines vinolentos ac ventri deditos, in his rebus antecesserit; Persarum, apud quos summa laus esset fortiter venari, luxorioseque vivere, sic imitatus consuetudinem sit, ut*

(1) Diog. Laert. l. 3. segm. 23.
(2) Corn. Nep. in Alcib.

scaltro ed assennato filosofo non esser valido a rinnovar dalle basi ricomponendo in bell'ordine la repubblica, se tutta quanta l'avesse confusa e volta: ma bene si argomentò, debitamente accordata insieme giustizia e forza, ad operar quelle cose, le quali egli o esortando, o usando tale violenza quale potevano comportare, affidavasi di conseguire; prendendo l'uomo espertissimo più sano avviso, ed agli umani costumi più convenevole, che Platone uso ad immagini perfettissime, il quale, chiesto dagli Arcadi e da' Tebani per impor leggi alla nuova istituita città, fu a quelle genti scortese di tanto bene, perchè avvisatole ricalcitranti alla equabile ripartizione delle sostanze (1). Que' finalmente, che temono di non parere, seppur volessero sottomettere l'uman genere a' dogmi della ragione immutabili, quasi tenere un Prometeo con insolubil catena confitto al Caucaso, mentre non pongono alcuna regola certa, ma tutto estimano da commettersi alla temerità de' casuali accidenti, un quasi Proteo introducono, che sappia regger la scena, e cessi d'essere tratto tratto ciò che già fu, ed oggi ignori che e' siasi per divenir domani, o che domani a sè buono giudicherà. Coloro certo, che solo agognano rendersi presso chiunque si vivano graditissimi, potranno credere un mostro di bella e rara natura quell'Alcibiade, cui parve attarsi ogni forma, siccome quegli, che gli Ateniesi più splendidi, stando in Atene, con la lautezza ed eleganza del vivere superò; in Tebe nella fatica e nella forza del corpo avanzò i Beozj applicati più alla gagliardia delle membra, che alla sagacità dell'ingegno; a Sparta vinse tutti i Lacedemonj, giusta il costume de' quali nella pazienza ponevasi la virtù somma, nella frugalità del vestito e del vitto; in tresche e in crapole sorpassò i Traci servi del vino e del ventre; così emulò de' Persiani le costumanze, appo i quali era

(1) Diogene Laerzio lib. 3. part. 1. n. 3.

illi ipsi eum in his maxime admirarentur. Sed indifferentia ea, qua fit, ut honestum vel turpe quidpiam ex eo dicatur unice, quod opportunum vel intempestivum sit, si longius aequo protendatur, atque pertingat ad ipsa principia ea, quae prima a ratione prodeunt, et in ramulos quasi sparsa multiplices ad singula pertinent, quae recte geri praveque possunt, ex homine monstrum fit, quo nullum umquam tetrius finxit infinita licentia poetarum. Nam si quae feritas avaritia luxuries ambitio protulerunt, in unum omnia congererentur, ac poetarum more, qui multa similitudine quadam inter se convenientia contulerunt in unam formam, ac Jovem, Prometheum, Herculem fabricati sunt, humanum genus in hominem unum contraheretur, eique mores aggerentur ingeniorum aetatum ac regionum omnium; quam prodigiosa, quam incondita, quam dissonis interque se pugnantibus ex naturis coagmentata species exoriretur! Quidquid in fabulis ex diversis animantium studiis conflatum prodigii est, si congregatum unco veluti impacto cohaerere cogeretur; tam foedum horrendumque visu non esset portentum hoc, ac moribus obducta natura hominis adeo foedis et ominosis. Quae cum abhorreant ab intelligentiae praestantia, et rationis, quae dux et praeses homini data est; immutabile quidpiam oportet ac simplex esse, cujus ad similitudinem consilia mens ac mores dirigat. Quapropter etsi res, quae materia constant, omnes fluxae sint; et homo ipse, qua parte corpus est, mutationi tempore omni subjaceat, atque, ut ait Epicharmus (1), naturam quisque variet, neque statu in uno maneat, sed idem sit rursus aliud illi, quod nunc transiit: ratio tamen, qua differt a rebus aliis, constans est, ac vitae leges, quae manant ex ea, perpetuae sunt et uniusmodi semper ac sui similes.

(1) In Exc. Grot.

il cacciare e vivere lussuriosamente gran lode, che in tali cose mosse persino a stupore la Persia stessa (1). Ma quella indifferenza, onde nasce che alcuna cosa si reputi onesta o sconcia, secondochè n' è di peso o di utilità, se oltre il dovere estendasi, e giunga sino alle stesse regole, che prime prime germogliano dalla ragione, e spante quasi in moltiplici ramoscelli arrivano a quelle minime cose, le quali possono dirittamente o tortamente operarsi, cangiasi l'uomo in tal mostro, del quale niuno più orribile ne creò la fantasìa sfrenatissima de' poeti. Imperocchè se ad un uomo quanto mai l'avarizia, la crudeltà, la lussuria, e l'ambizione produssero si appropriase; e ad uso pur de' poeti, che in una immagine sola più cose unirono per alcuna conformità consenzienti, e fabbricarono Giove Prometeo Ercole, si compendiasse tutta la umana stirpe in un uomo, ed in tal uomo i costumi di tutte l'indoli, regioni, età si ammassassero; che mostruosa, che sregolata, di che discordi e fra loro contradittorie forme composta immagine sorgerebbe! Quanto v' ha nelle favole di portentoso accozzato dalle diverse affezioni degli animali, se unito quasi con più grappelli si costringesse a tenersi appiccato insieme, non offrirebbe un mostro di così turpe ed orrendo aspetto, qual la natura umana sopravvestita di costumanze cotanto sozze, e così male augurate. Le quali cose essendochè sieno aliene dalla eccellenza dell'intelletto della ragione, la qual n' è data per guida e governo all'uomo, si convien pure che v' abbia un che immutabile e semplice, al cui modello la mente regoli ed i consiglje i costumi. Laonde benchè le cose, che di materia costano, sien tutte labili, e l'uomo stesso, per ciò che tiene di corpo, soggiaccia ogni attimo a mutamento, e, come dice Epicarmo (2), ciascuno cangi natura, nè

(1) Cornelio Nepote nella vita di Alcibiade.
(2) Epicarmo nella Raccolta di Grozio.

Illa quidem occultari saepe ac deseri potest. At si prodeat ac sententiam rogetur, eadem semper consulenti responsa dat, eademque decreta facit. Nam ratio humana, *quae* circa vitam, et victum semet occupat, nata est ex ratione Dei, *quae*

. . . . est artis opifex, et comes omnibus,
Edocens ipsos, quid usus maxime facto siet.
Quippe homo non reperit artem; sed dat hanc
auctor Deus. (1)

Nempe mens divina leges continet aeternas rerum, et in omnia pertinentes; nostra vero quodammodo consignatam ferens ipsarum quasi partem eam, quae ad rectam facultatum humanarum administrationem spectat, et in omnia ducitur, quae fieri ab homine possunt, dum intuetur in hanc, et occasione data processus ejus attente persequitur, ubi quid deliberandum sit, quid in singulis rebus deceat, intelligit. Interdum quidem fit, quemadmodum venae, quae a corde profectae funduntur in corpus omne, prae nimia subtilitate oculorum obtutum fugiunt, cum extimas in partes corporis desinunt; sic ubi ventum est ad actiones eas, quae minimi momenti sunt, vix ulla sit mentis acies, quae rationis eo pertinentis internoscere distincte praecepta queat. Sed haec infirmitati mentis nostrae venia danda est, ut impune minima quaedam vel agere inconsiderate, vel imprudentia praeterire possit; quippe quae tanti non sunt, ut ea

(1) Epich. Ibid.

fermo tengasi in un sol essere, ma già lo stesso tutt'altro facciasi dall'uomo ch'ora passò; pur la ragione, per cui differisce l'uomo dall'altre cose, è costante, ed i dettami del vivere, che ne procedono, perpetui sono, uniformi, e sempre a lei consentanei. Può la ragion veramente spesso nascondersi e rilasciarsi. Ma se producasi, e chiesta sia di consiglio, risponde sempre il medesimo a chi la interroga, e pone le stesse massime. Imperciocchè la ragione umana, che della vita e del vivere tutta s'occupa, fu generata dalla ragione di Dio, la quale (1)

> È di bell'arte creatrice, a tutti
> Compagna sì, che a ciascheduno insegna
> A cor dell'oprar suo frutti onorati.
> Chè non dell'arte istitutor fu l'uomo;
> Ma Dio la trae di sua ragione, e il cieco
> De' mortali intelletto e cuor ne avviva.

Chè dalla mente divina certo l'eterne leggi contengonsi delle cose, le quali estendonsi a tutti gli esseri; ma la nostra, portando in un certo modo quasi improntata quella porzion di esse leggi, che delle facoltà umane l'onesto uso risguarda e stendesi ad ogni cosa che può dall'uomo operarsi, mentre si affisa in questa e i suoi progressi, datalesi occasione, intentamente considera, nell'offerirsele partito a scegliere conosce quale consiglio avvengasi ad ogni necessità. Talvolta pure interviene, che appunto come le vene, che propagate dal cuore per tutto il corpo si spandono, furansi per la troppa finezza al guardo tosto che per le estremità si diramano; così ove giungasi a quelle azioni, che son di lieve importanza, v'ha perspicacia di mente appena, che possa chiaro i precetti della ragione là pervenuta discernere. Ma deesi pure concedere alla fralezza

(1) Questa sentenza di Epicarmo, che io reco qui in versi italiani, si riferisce dallo *Stellini*, secondochè trovasi nell'allegata *Raccolta* posta in metro latino dal *Grozio*.

non cotemni societatis humanae permagni referat. Immo vero quoniam illecebrarum omnia plena sunt, multae patent ad errorem viae, multi praesto sunt ad fraudem duces, multae propellunt in praeceps, animumque distrahunt cupiditates; detur aliquid moribus, detur insito ingenii vitio, detur illi suavitati humanitatis, qua delectantur homines, et quam qui repudiet, ei Deos iratos putant, dummodo qui cupiditati quidpiam indulserit, excusatione, quacumque possit, utendum sibi intelligat, minime vero profiteri audeat fecisse id se, quia liceat. Fateatur id ratione non annuente, sed connivente factum; quae cum veritati adhaerescat, omnium, ut ait Plato (1), *Diis hominibusque bonorum duci, stabilitatem eamdem habet, atque ab omni cupiditatum, opinionum, morum levitate, inconstantia, temeritate, perturbatione sejuncta est; neque probare quidpiam potest, quod ab aequabilitate et constantia moderati rectique animi abhorreat.*

(1) L. de Leg. 5,

del nostro spirito, che impunemente possano le tenuissime cose o trascurarsi imprudentemente, o temerariamente operarsi; avvegnachè non sien esse di tal valore, che sommamente all'umana società importi non vadano vilipese. Che anzi essendo ogni cosa pieno di seduzioni, molte le strade all'errore aperte, molte all'inganno le guide pronte, molte le cupidigie rovinatrici e laceratrici dell'animo, alquanto pure a' costumi donisi, donisi alla natìa debolezza dell'intelletto, a quella dolcezza donisi di umanità, di cui gli uomini si compiacciono, e chi la rifiuti estimano essere in ira agli Dei; purchè coloro, che punto all'appetito accordassero, si persuadano abbisognar d'una scusa qualunque possano; ma non ardiscano protestarsi così operato, perchè sia lecito. Confessino averlo fatto per connivenza, non per assenso pella ragione, la qual tenendosi unita alla verità, di tutti i beni, siccome dice Platone (1), ed agl' Iddii ed agli uomini operatrice, ha la sua stessa stabilità, ed è separata da ogni leggerezza, incostanza, temerità, sedizione di affetti, opinioni, ed usi; nè apprezzar può cosa alcuna, che alla equabilità e costanza di un moderato e diritto animo sia ripugnante.

(1) Platone delle Leggi lib. 5.

CAPUT II.

Qua ratione et via de rebus ad vitam pertinentibus opiniones exortae sint.

1 *Quemadmodum ex evolutis hominum facultatibus variae cupiditates ordine pullularunt; sic et opiniones de rebus expetendis ad easdem accomodatae prodierunt; atque ut morum, ita errorum series infinita quaedam ex multis continuatis, aliisque alios apprehendentibus connexa est. Nam judicia, quae de rebus feruntur, ex affectione animi cujusque profluunt, et affectionibus roborantur conspirantibus aliorum, quos inter est quisque situs. Vt enim quisque affectus est, ita de rebus judicat; at si judicia ea, cum fere nihil ipsa per se firmitatis habeant, aliorum judiciis eodem annitentibus minime contineantur, facile diffluunt et evanescunt. Sin autem consentiant multi, visaque lineamentis iisdem conformata proferant, singuli conferentes in se commenta sua, conjectant ex similitudine, quae cernitur inter ipsa, non ludificari se specie aliqua inani; sed ipsam rei cujuspiam concretae ac solidae formam in visis iis intueri. Ex quo fit illud primo, ut homines ea summa censeant, quae maxime congruere secum et exaequari putant. Nam se quisque Protagorae more rerum omnium quasi mensuram arbitratur, ut qualia cuique singula videntur, ei talia reapse sint* (1).

(1) Plato in Crat.

CAPITOLO SECONDO

Con quale tenore e modo nascessero le opinioni sopra le cose spettanti al vivere.

1 Come dalle spiegate facoltà umane varj appetiti per ordine germogliarono, così egualmente sopra le cose appetibili vennero fuora opinioni agli appetiti medesimi convenienti; e quale di costumanze, tale di errori, per molti continuati e gli uni agli altri intrecciantisi, una infinita serie si congegnò. Poichè i giudizj, che formansi delle cose, dalle affezioni dell'animo di ciascheduno emergono, e dalle cospiratrici affezioni degli altri uomini, fra' quali trovasi a vivere, si rinforzano. Conciossiachè ciascuno così delle cose giudichi secondochè siane affetto; ma que' giudizj, non avendo per sè medesimi alcuna solidità, scorrono e sfumano agevolmente, se dagli altrui giudizj tendenti tutti al medesimo non si contengano. Se però molti consentano, e simulacri esprimano di una medesima stampa, ad uno ad uno fra sè lor sogni paragonando, dalla conformità che tra quelli si raffigura argomentano, niun'apparenza vana sicuramente deluderli, ma in que' fantasmi rimirar eglino veracemente espressa di una reale e sincera cosa la immagine. Donde avviene primieramente, che gli uomini principalissime estimino quelle cose, le quali pensano che seco più si convegnano di ragione e di qualità. Imperocchè ciascuno quasichè d'ogni cosa, come Protagora (1), si

(1) Platone nel Cratilo.

Quare metienda ducens ex se ipso omnia, eo quidque majus esse statuit quo propius id ab illo abest, quod ipse capere potest maximum. Vbi vero vel adeptus quis est, vel adeptum se opinione stulta retur quae capacitatem explere suam possunt, nequaquam existimat esse sibi factum satis, ea si magni faciat solus; sed operam dat et enititur, ut alii pariter ipsa illa summo in pretio habeant. Quo enim magis admirantur atque suspiciunt ea, quorum ipse potitus est, eo pluris aestimari se necesse esse videt.

2. *Ut quis igitur de se judicet ac de rebus extra positis, se nequaquam in se ipso quaerit, sed in iis, quibus undique circumfunditur, imaginibus vanis; seque inspicit in ea judicia, quae caeteri larvis eisdem obvoluti de ipso ferunt adscita specie illa contecto, quae fallaci turbidoque splendore fucum facit animi quasi perversis oculis et humore suffusis. Quamobrem iis, qui praestigiis ejusmodi corrupti sunt, et inter homines eisdem corruptos positi, ferme id accidere necesse est, quod esset illi obventurum, qui non integris et incorruptis instructus oculis in aede speculis varie coloratis ac figuratis undique obducta medius locaretur. Hic enim quoquo se verteret, membris se colore novo subinde injectis, et varia forma praeditis, varieque junctis inter se coagmentatum intueretur. Silus flaccus fronto capito strabo varus valgus momento temporis esset, eique se nunc miris modis distorta, nunc apte etiam ac venuste conformata species objiceret. Ille vero avertens oculos ab imaginibus iis, quae deformem aspectum habent, haereret in iis, quae lineamenta pulcherrima floremque pigmentorum suavissimum praeseferunt; ac praesertim si plura specula formam pulchritudinis eamdem reddant, eam sibi fidentius tribueret, ex eaque*

fa misura; cosicchè tali realmente sieno, quali da ciascheduno singolarmente s'apprendono. Laonde credendo l'uomo, che tutte quante misurar debbansi da sè medesimo, pone ogni cosa vie maggior essere, quanto si scosta meno da quella ch'ei può grandissima concepire. Tostochè poi abbiasi alcuno acquistato, o con presunzione stolta aversi acquistato estimi quanto sbramar può sua voglia, non però tiensene soddisfatto s'egli sol abbialo in conto, ma si argomenta e si sforza perchè pur gli altri lo tengano d'inestimabile dignità. Perciocchè quanto più gli altri ammirano e onorano quelle cose, che in suo potere ei già trasse, tanto più scorge dovern'egli essere necessariamente apprezzato.

2. Niun uomo adunque, per giudicar di sè e delle cose esteriori, ricerca sè in sè medesimo; ma in quelle immagini vane, che d'ogni parte l'attorniano; e in que' giudizj rimirasi, che gli altri, involti delle medesime larve, portan di lui ricoperto di quella estranea sembianza, la qual con luce fallace e torbida inganna, per dir così, gli stravolti e cisposi occhi dell' animo. Laonde a quelli, che da' prestigj di tal maniera son guasti, e situati fra uomini contaminati da que' prestigj medesimi, gli è certo forza che accada ciò, che sarebbe per avvenire a colui, che d'occhi sconci e malsani si collocasse nel mezzo di un gabinetto per ogni parte di specchj a varj colori e forme incrostato. Imperocchè, ovunque si rivolgesse, vedrebbesi egli configurato di membra a mano a mano varianti colore, forma, attitudine. Egli sarebbe in un attimo rincagnato, orecchiuto, di fronte e capo sformato, guercio, rattorto, strambo, e gli si affaccerebbe una effigie, ora oltremodo stravolta, or anche in bella e vaga armonìa di membri atteggiata. Ma distraendo ei gli occhi dalle sembianze di mostruosa apparenza, in quelle estatico affiserebbesi, che di bellissimi lineamenti sparsi di grazia e dolcezza ridono; e spezialmente se molti specchj la vaga forma concordi gli presentas-

de se judicaret; reliquas autem figuras, etsi quaepiam similitudinem sui gerat, a se constanter abjudicaret, ac tamquam oculorum ludibria contemneret. Haud absimili modo praesertim is, qui plurimorum in oculis habitat, et in excelso locatus e media turba eminet, omni ex parte circumseptus est multitudine hominum, a qua varie exprimitur effingiturque ductibus linearum et coloribus iis, quos cupiditates et ingenium cujusque suppeditare solent. At inter aequa et iniqua judicia, quae de se fieri videt, ea despicit omnia, quae sibi minime favent; quae contra maxime amplificant opinionem eam, quam de se imbibit, ea vera putat, in iis defixus haeret, sese ex iis aestimat ac rebus aliis, quae extrinsecus applicatae et adjunctae splendorem augent et magnitudinem. Imperator enim, qui militum virtute ac viribus, imperio ductu et auspicio suo vastarit agros, hostium vim fuderit, gentes terrore compleverit, urbes ceperit, et praeda agro adorea populares effecerit, quandocumque de se cogitat, se non intuetur unum, sed ut imaginem sibi fingat sui, cogitatione et mente complectitur milites dicto audientes, praelia confecta, transmissa flumina, regiones victoriis peragratas, provincias in ditionem redactas, monumenta, munera, triumphos, omnemque posteritatem res gestas legentem suas. Quae dum illi obversantur omnia tubarum sono, clamore militum, acclamationibus civium obstrepentia, sese hominem esse obliviscitur; neque animum advertit, se, quamquam caput inferat nubibus, et illa parte sui populo secernatur, pedibus insistere solo, populoque permisceri parte hac. Qui vero pauca admodum habet, quae se illi e proximo offerant, ejusque speciem reflectant magnifice illuminatam, oculos ad ea porrigit, quae longe ab se remota sunt, et exangui ac evanida imagine ea mirifice delectatur, quae remitti a rebus situ obsitis e longinquo potest. Id ii faciunt in primis,

sero, con tanto maggior fidanza e' la si approprierebbe, e da quella giudicherebbe sè stesso; l'altre figure poi, benchè in alcuna di loro la effigie sua raffrontasse, rigetterebbe ostinatamente come non sue, e quale affascinamento degli occhi disprezzerebbe. Così colui spezialmente, che alla veduta di molti è posto, e sopra il volgo signorilmente grandeggia, è d'ogni parte stipato di cotal gente, che lo disegna e colora secondo i tratti e le tinte, cui le affezioni e l' ingegno di ciascheduno sogliono somministrare. Ma fra i giudizj perversi e buoni, ch' e' sopra sè vede farsi, quelli ei disprezzati i quali no 'l favoreggiano; veri all'opposto reputa quelli, a quelli stupido appigliasi, che sommamente ingrandiscono la opinione concetta già di sè stesso, e sè misura da questi e dall' altre cose, che soprappostegli e aggiuntegli esteriormente gli accrescon luce e maestà. Perciocchè quel capitano, il qual co 'l nervo e lo spirito de' suoi guerrieri, mossi dalla ragione presenza e fortuna sua, guastò campi, sbaragliò fior di nemici, agghiacciò popoli di spavento, sforzò città, e i popolani suoi con prede terre e malìa di gloria si affezionò, qualunque volta a sè pensa non guarda sol tanto a sè; ma per crearsi una immagine di sè medesimo, ravviva e pinge nella sua mente le schiere pronte al comando, le debellate guerre, i varcati fiumi, le terre corse colle vittorie, le sottomesse provincie, i monumenti, i doni, i trionfi, e la intera posterità con gli occhi e il cuore su' libri delle sue geste. Le quali azioni, mentre gli si raggirano entro il pensiere romoreggianti per lo fragor delle trombe, lo strepito de' soldati, e gli applausi de' cittadini, si scorda già d'esser uomo; nè più considera, benchè col capo sollevisi tra le nuvole e colla parte miglior di sè dal popolo sia diviso, di star co' piedi alla terra, e d'essere per tal parte confuso anch'esso col popolo. Chi ha poi pochissime cose, che da vicino gli faccian mostra e riflettangli pomposamente illustrata la propria immagine, drizza lo sguardo a

qui sibi claritatem atavorum adsciscunt, eaque una sese late splendescere posse arbitrantur, etsi nitor imaginum fumosarum, si quis ad hos permanare possit, intercapedine tanta extenuetur, umbrisque interpositis obscuretur adeo, ut ne discerni quidem possit, aspectumque plane fugiat. Demum si quis externo adjumento omni destituatur, seque se involvat uno, is bombycum more quoddam sibi quasi tegumentum texit, ac nova subinde quasi pictura interpolat, ex eoque se spectat. Etsi vero opinio sui, quam pro lubitu ornavit, omni momento deseratur, quod a comprobatione consensuque aliorum adjici solet, ei tamen adhaerescit, eamdemque firmam ac stabilem esse retur; ceteros autem vel stultos praedicat, qui recte propter inscitiam judicare nequeant, vel invidos, qui propter animi perversitatem limis oculis intuentes omnia depravent. Adeo Chilonis illud, NOSCE TE IPSUM, *a communibus moribus amandatum est; quo praecepta tria contineri docet in Philebo Plato, nimirum, ut se quisque cognoscat, et sua, et quae suorum sunt: sive, ut Porphyrius apud Stobaeum* (1) *explicat, internum primo et immortalem hominem; tum umbratilem illum exteriorem; ea demum, quae ad utrumque pertinent: nempe mentem, in qua existit id, quod homo appellatur; corpus hoc objectum sensibus, quod umbra cujusque dumtaxat et imago est; corpori denique circumjecta, quorum facultates scire debemus, ne partis immortalis dignitas mortali tribuatur, aut mortalis utilitates traducantur ad immortalem.*

(1) Serm. 21.

lontanissimi oggetti, e si diletta di quella esangue e sparuta effigie, che può da cose squallide per la muffa rendersi a lui di lontano. Ciò fanno quelli principalmente, che lo splendore si appropriano degli antenati, e credono poter di quello ampiamente senz'altra luce risplendere; quantunque il lustro delle fumose immagini, se punto in essi ne può trasfondersi, per tanta distanza appannisi, e per le interposte ombre talmente annegrisi, che non si possa neppur discernere, e sfugga sino lo sguardo. Se finalmente sia privo alcuno d'ogni esterior sostegno, e tutto quanto restringasi in sè medesimo, ei, quale i bachi, si fabbrica un inviluppo, cui poscia quasi con nuove tinte vernica e liscia, e dentro a quel si vagheggia. Benchè però l'opinione di sè medesimo a suo talento adornata sia scema affatto di quel valore, che dall'approvazione e consenso altrui suole apporsi, e' tuttavia vi si attiene, e ferma e solida la considera; spaccia poi tutti gli altri o stolti, che giudicar sanamente per ignoranza non possano, ovveramente invidiosi, che per lividezza d'animo, guardando tutte le cose con occhi torti, ne falsin quante ne affisano. Sino a tal segno da' popolari costumi proscritta fu quella massima di Chilone *conosciti*; nella qual massima Platone insegna nel suo Filebo racchiudersi tre precetti, cioè, che ognuno conosca sè, le sue cose, e checchè ad esse appartiene; o, come spiega appresso Stobeo Porfirio (1), l'uomo interiore primieramente e immortale; poscia il fugace uomo esteriore; in fine tutte le cose, che all'uno e all'altro si riferiscono; cioè, la mente, in cui sta propriamente ciò che si dice uomo; cotesto corpo soggetto a' sensi, ch' è solamente ombra ed immagine di ciascuno; le cose in ultimo poste d'intorno al corpo, le facoltà delle quali gli è pur mestieri conoscere, perchè alla parte mortale la dignità non appongasi dell' immortale, o

(1) Stob. Serm. 21.

3. *At plerique consensione quadam incredibili partem sui potiorem eam esse putant, quae sensuum instrumentum est, quod hujus sit evolutio prior, et usus in vita frequens, eaque afficiamur vehementer omnes: quae contra intelligentiae ac rationis particeps est, ea prope confunditur cum vanis imaginibus iis, quas a corporibus fluentes olim somniavit Epicurus. Nam etsi haec intima nobis inhaereat, ac plane caelestem vim et naturam habeat, minus est tamen familiaris, exeriturque serius, et leniores, quam sensuum, motus cogitationis sunt. Rerum autem externarum esse illas excellentiores autumant, quibus incitatius permoveri solent; et majores, quae latiorem occupant quasi locum in animo perturbata mentis agitatione quodammodo inflatae, velut aqua subditis ignibus effervescens. Quare missis rebus imagines earum contuemur, admiramur, amplectimur; ex his bonorum genera definimus, in species tribuimus, ordinamus, vimque singulis ac naturam affingimus. Quibus constitutis, quandocumque de bonis ac malis decernendum quidpiam est, id plane facimus, quod olim philosophi quidam solebant, cum physicis de rebus esset sermo institutus. Nam ut hi vocibus excogitatis universalibus quibusdam, ad quas referri oportere statuerant quidquid de rerum natura quaeri posset, ex his interrogati promebant interpretationes suas, ratiocinabantur ex his, et ablegata investigatione naturae, scientiam omnem terminabant apta et artificiosa collocatione verborum, quae rerum in locum substituta tractari commode poterant; ita bonis eorumque gradibus descriptis ex simulacris iis, quae a sensibus inchoata vis imaginandi perfecit et expolivit, cum deliberandum est, quid appetere oporteat, alterive praeferre, non ea quidem convenientia spectatur, quae rerum nobiscum est, sed exqui-*

all'immortale i vantaggi della mortale non si trasportino.

3. Ma i più degli uomini con incredibile accordo quella porzion di sè stessi migliore estimano, la qual de' sensi è stromento; perchè è la prima a spiegarsi, d'uso continuo è nel vivere, e ne siam tutti commossi gagliardamente: quella per lo contrario, che di ragione partecipa e d'intelletto, quasi confondesi con que'vanissimi simulacri, cui già Epicuro sognò disvolgersi ed esalare da' corpi. Imperocchè quantunque sia questa parte interiore attaccata a noi, ed abbia virtù e natura sicuramente celeste, ci è però men familiare, più tarda svolgesi, e son piú vividi i movimenti de' sensi che del pensiero. Reputan poi delle cose esterne quelle essere più eccellenti, le quali sogliono più vivamente commoverli: quelle più grandi, che rigonfiate per così dire da un cieco ardore dell'animo, occupan quasi un più vasto spazio nel cuore, siccome acqua per sottoposte vampe soprabbollente. Per lo che, omesse le cose, guardiam concordi le loro immagini, le abbracciamo, le vagheggiamo, definiamo secondo queste le qualità de' beni, li compartiamo in ispezie, li disponiamo, ed a ciascuna d'esse potenza ed essere attribuiamo. Ciò stabilito, qualunque volta avvengane ad aver punto a decidere su' beni e' mali, ci conduciamo precisamente come una volta certi filosofi usavano, ove il ragionamento ad obbietti fisici si traesse. Conciossiachè come questi, creati alcuni vocabili universali, a' quali determinarono doversi già riferire quanto della natura può chiedersi delle cose, interrogati esponevano il lor giudizio secondo questi vocaboli, secondo questi vocaboli argomentavano, e tolta l'inquisizione della natura circoscrivevano l'intera scienza ad una comoda ed ingegnosa disposizion di parole, che surrogate alle cose potevano agiatamente trattarsi; così disegnati i beni ed i loro gradi secondo que' simulacri, che abozzati da' sensi perfezionaronsi ed abbellironsi dalla im-

ritur unice, qua ratione comparata sint inter se figmenta illa, quae nostri ac rerum ipsarum vicaria successerunt.

4. *Primum autem, quod esse sibi plerique expetendum constituerunt, illud est, ut objecto impedimento nullo voluptati obsequi possint. Jam tum enim cum facultates aliae consopitae torpent, aut involutae latent, sensus viget expeditus, per quem ea se ultro nobis etiam imprudentibus insinuare solet. Impedimenta vero in homine ipso, vel extra sunt. In ipso imbecillitas est pravitasque sensuum: extra ipsum inopia rerum earum, ex quibus voluptas capitur, vel earumdem usui vis obsistens illorum, quos inter est quisque positus. Quare tamquam administrae voluptati adjunguntur integritas sensuum, affluens copia rerum earum, quae sunt ad sensus accommodatae, et potestas perfruendi rebus ipsis arbitrio cujusque suo: primum videlicet, ne quasi substratus desit, qui voluptatis efficientia recipiat; alterum, ne recipienda quasi materies absit; tertium denique, ne receptio ipsa praecludatur.*

5. *Quia vero carendo magis quam potiundo sentimus, quam commoda nobis ea sint, quibus opinione aliqua conciliati sumus, quippe qui boni cujuspiam intermissi cupiditate diutius incendimur, ne quid in animo quasi vacuum hiansque sit, quam retenti laetitia, quae sensim languescit usu, efferamur; saepius autem externa desunt nobis adjumenta voluptatis, quam sensus ipsi, quorum etsi vis in aliis alia sit, expletio definitur ea capacitate, quam quisque ab initio nactus est; iccirco se crebrius exerit, erumpitque acrius cupiditas libertatis et opum, quam incolumitatis corporis. Quae quidem cupiditas quanto*

maginazione, ove ne occorre a deliberare qual cosa mai più si debba bramare o scegliere, non si considera già quella congruenza, che tra le cose e noi s'interpone, ma solamente indagasi con qual ragione sieno fra loro composte quelle fantasime, che sottentrarono a tener vece di noi e delle cose medesime.

4. La principal cosa poi, cui statuirono i più dover ciascuno agognare, è di saziar l'appetito senza che ostacolo si frapponga. Imperocchè sin d'allora, che addormentate l'altre potenze languono o celansi inviluppate, fiorisce vivido il senso, per cui senza pur niun' avvertenza nostra suole il piacere nell'anima insinuarcisi. Ma o son gli ostacoli nell'uomo stesso, o sono fuori dell'uomo. Nell'uomo stesso è la imperfezione e la fralezza de' sensi: fuori di lui la penuria di quelle cose, donde si trae diletto, e la violenza degli uomini, che lo circondano, all'uso delle medesime ripugnante. Laonde, quali ministre, al piacere aggiungonsi la integrità de' sensi, la copia soprabbondante di quelle cose le quali a' sensi conformansi, e il pieno arbitrio di usarle, ciascuno a sua volontà: la prima certo perchè non manchi il subbietto, da cui le cose cagionatrici di voluttà si ricevano; l'altra perchè la materia, che dee riceversi, non venga meno; la terza in fine perchè siffatto ricevimento non s'impedisca.

5. Ma perchè più per la privazione che pe 'l possesso avvertiamo quanto ne sien giovevoli quelle cose, che per alcun sentimento ci affezionarono (sendo noi tali, che il desiderio di un qualche bene intermesso, perchè niun vòto ci resti in cuore, più a lungo infiammane, che non ci gonfj il soave dell'allegrezza, la qual coll'uso insensibilmente languisce); e perchè più d'ordinario a noi mancano gli ajuti estrinseci del piacere, che i sensi stessi, la sazietà de' quali, benchè in ciascheduno variino di potenza, da quella capacità misurasi, cui da principio ciascun sortì; perciò più spesso sprigionasi, e più vivamente scoppia la brama di libertà e

vehementius exardescit, tanto etiam voluptatis ipsius, cujus caussa succrevit, extenuat absumitque cupiditatem; ac sensim fit, quod animis praesertim elatis accidit, ut ea dominetur una, voluptasque divitiis cedat, ipsaeque divitiae libertati serviant.

6. *Sed cum saepe contingat, ut eadem multi aeque cupiant, idque eo crebrius evenire necesse sit, quo plures inter se vicini sunt et finitimi (omnibus enim earumdem facultatum exercendarum appetitus idem inest) nulla vero rei cujusque finitae magnitudo tanta sit, ut cupiditatem omnium infinitam partita expleat; propterea si aeque omnes possent, a ceteris eodem concurrentibus repelleretur quivis unus, qui transferre ad se quidpiam seorsum vellet ab aliis. Quamobrem cum libertas, quae viribus omnium exaequatis nititur, sese tueri possit inter eos tantum, qui vel inertes omnino sunt, et se perpetuo languori tradunt, vel ad ea studium omne contulerunt, quae cum iis, quae sensus movent, nihil plane commune habent; eapropter in omnibus, qui viribus animisque vigent, amori libertatis adnascitur appetitio dominatus; aliisque potestate antecellere summis in bonis annumeratur: et in eumdem censum venit quidquid vel principatum imitatur, vel quidpiam ad ipsum conferre potest.*

7. *Ea porro potentia viribus est comparanda vel propriis cujusque, vel conspirantibus aliorum, unaque consociatis. Vires autem cujusque propriae continentur robore corporis, industria sollertiaque mentis, et vehementia quadam motuum eorum animi, quibus ad res arduas inflammari, perque invia praerupta et septa trudi solemus alacriores. Tanto enim magis quisque valet, quanto rapitur incitatius ad expromendas facultates suas, ipsaeque facultates ma-*

di ricchezza, che di fiorita e vegeta sanità. La qual brama in vero quanto più vivida cresce, tanto più estenua e consuma ancora la cupidigia di quel piacere, per lo cui stimolo s'infervorò: e avviene insensibilmente che tutta sola ella domini, e alle ricchezze la voluttà dia luogo, e servan esse ricchezze alla libertà.

6. Ma succedendo assai volte, che molti egualmente anelino alle medesime cose, e ciò dovendo tanto più spesso avvenire, quanto fra loro più simili e più contigui sien gli uomini (poichè arde in tutti la stessa brama di esercitar le medesime facoltà), nè cosa alcuna di circoscritta grandezza realmente siavi per quanto vasta, la quale, in tutti distribuita, la cupidigia insaziabile ne satolli; quindi, se tutti di forza pari valessero, chi pur volesse alcuna cosa appropriarsi divisamente dagli altri, verrebbe da tutti gli altri, aspiranti a quell' oggetto medesimo, ributtato. Per la qual cosa la libertà, che fondasi nelle forze equilibrate di tutti, potendo solo serbarsi illesa tra quelli, che o son del tutto infingardi e vivonsi eternamente torpidi, o tutto l'animo volsero a quelle cose, che nulla han di comune con quante allettano i sensi; per questo in quanti e di forze e di cuore abbondano alla vaghezza di libertà l'appetito di signoria soprannasce, ed a gran bene ascrivesi il soprastare agli altri di potestà, ed alla stessa ragione ponesi qualunque obbietto, ch'abbia sembianza di principato, o che in qualche modo possa al medesimo contribuire.

7. Tale potenza poi dee con le forze acquistarsi o proprie, o d'altri alle proprie unite, ed insieme ad uno scopo medesimo cospiranti. Le forze proprie di ciascheduno consistono nella energìa delle membra, nella penetrazione e sagacità dello spirito, ed in un impeto ardente di quegli affetti, che sogliono più vivamente infiammarci ad imprese ardue, e sospingerci ad intentati, difficili, precipitosi ardimenti. Perciocchè ognuno tanto più vale, quanto maggiore veemenza in-

jores sunt; quanto nempe quidquid objectum difficultatis est, contentius invadere, callidiusque cavere potest. Quapropter multos olim latera lacertique nobilitarunt, ac summo studio celebratae dignitatem quamdam habuerunt exercitationes eae, quibus agilitas firmitasque corporis augeretur, animique pararentur ad contemptum dolorum, ac rerum terribilium despicientiam. Deinceps vero perspicax sive prudentia sive calliditas, qua rerum gerendarum vel adjumenta quaeri vel impedimenta dispelli quoquomodo solent, tanti facta est, ut ea laude quicumque excelleret, proximus is Diis ipsis haberetur, et eorum putaretur interiore congressu frui.

8. *Verum cum quantacumque vis ea sit, qua quivis unus instructus est, exigua admodum existimari debeat, si cum aliorum omnium, qui resistere possunt, viribus conjunctis conferatur; iccirco nulla neque magna potentia comparari, neque conservari diuturna potest ab eo, cui se plurimi non addixerint. Alios autem, ut connitantur nobiscum, inducere fere solent incommodi metus, aut utilitatis spes, aut opinio praestantiae cujusdam eximiae, quae non usitata specie aliqua percellat oculos, et magna quaedam multisque profutura polliceatur. Praeclare itaque nobiscum actum arbitramur, si multi nos aut metuunt aut amant aut magni faciunt: eaque signa omnia delectant, et splendoris aliquid habere videntur, quibus aliorum magna de nobis opinio significari solet; eoque laudis et honoris et dignitatis existunt acerrimae cupiditates.*

9. *Atque nos ut metuant infensos, ea efficiunt, ex quibus conflari vires cujusque diximus, ingenium audax ad omnia capessenda, mentis acumen versutum ac sollers, nulla in labore corporis animive*

citalo a cavar fuori sue facoltà, e quanto maggiori sono queste facoltà sue: cioè con quanto più vivo sforzo può ciascheduno affrontare qualunque appostasi difficoltà, e con quanta maggiore callidità può guardarsene. Per lo che molti una volta furono dalla gagliardìa delle membra nobilitati; e coltivati con somma cura furono in onoranza tutti quegli esercizj che lena accrescono e agilità, ed assuefanno gli animi a non curare i dolori, ed a mirar con disprezzo tutte le cose terribili. Ma successivamente la perspicace o prudenza o sagacità, con cui sogliono, comunque possano, o procurarsi gli ajuti per intraprendere, o dissiparsene gl'impedimenti, talmente fu riputata, che quanti più se ne ornassero si giudicavano prossimi agl'Iddii stessi, e si credevano ammessi all'intima familiarità de' medesimi.

8. Ma non potendosi che tenuissima stimar la forza, per quanto grande ella siasi, di cui ciascuno è fornito, se con le forze congiunte, che posson muoverle impaccio, si paragoni: perciò non puossi potenza niuna acquistar mai grande, nè mai durevole conservare da chi non sia già da molti fatto signore ed arbitro de' loro affetti. Ciò poi, che suole ordinariamente stimolar gli uomini a cospirare di forza con esso noi, è o la paura di un qualche sconcio, o la speranza di un utile, o la opinione di una eminente virtù, la quale abbagli con luce straordinaria, e prometta vantaggi grandi ed a molti. Reputiam dunque esserci bene avvenuto, ove ci teme assai gente, o ci ama, o sommamente ci estima; e ne solletican tutti, e tutti illustri ne pajono quegli argomenti, co' quali sogliono gli altri significarci alta opinione di noi; e questo infiammaci in petto violente brame di gloria, onore, ed autorità.

9. Ed a creare negli altri timor di noi contribuiscono quelle cose, che noi dicemmo costituire la forza di ciascheduno, indole ardita a cimentar tutto, sagace e scaltro vigor di mente, anima e corpo indomabili dalla

defatigatio, et quae fere consequuntur haec, confidentia minax, jactatio arrogans, praeceps impotensque furor. His quidem mansueti qui sunt facilesque moribus adversari non audent absterriti metu quodam injuriarum, et interdum obsecundant, ut incommodis levioribus extrema damna redimant: qui vero natura vehementes ac feroces sunt, ultro se adjungunt spe ducti ea perficiundi, quae repugnantibus illis audere periculosum esset. Nam quae maxime nocent inimica, si foedere aliquo devincta forte nobiscum sint, maxime prosunt. Omnes autem diligimus praesertim eos, qui cum facile possint in alios esse injuriosi, bonitate naturae quadam adducti beneficiis potius quam vi plurimos obstrictos sibi tenere student; nobisque ipsis praesidium certum munire nos et ornare arbitramur, si eos augeamus, iisque deferamus operam omnem, qui cum opibus abundent, non has quidem ad oppressionem seu fortunarum seu libertatis infirmiorum conferunt, sed civium vel afflictorum auxilio, vel florentium dignitati, vel universorum in theatro et spectaculis oblectationis expositas esse patentesque volunt. Eos denique solemus admirari, qui, vulgo quae timentur aut avide cupiuntur, contemnunt ac negligunt; aliisque seu concedentes seu parantes etiam ac tuentes ea, quae sunt utilitatis alicujus aut voluptatis efficientia, fructum laborum nullum quaerere videntur praeter laudem et gloriam. A qua cum plerique se procul abesse videant propter inopiam adjumentorum eorum, quibus ea sustinenda est, vel se ultro abdicent occupationibus iis impediti, quibuscum ea consuescere minime potest, non modo non invident aliis possessionem eam, quae usui minime sibi est, sed addici etiam hanc ipsis, latissimeque continuari, sua magni referre putant. Quis enim ea re, quae cum a se transferatur ad alios, nullum sui desiderium relictura sit, remunerari nolit utilitates illas, quibus aegre

fatica; e quelle cose, che a queste necessariamente conseguono, temerità minacciosa, vanto arrogante, furia precipitosa e infrenabile. A tali uomini certamente gli animi dolci e di soavi costumi, impauriti dall'apprension delle ingiurie, non osano contrapporsi; e qualche volta, per trarsi con lieve danno da somme calamità, li secondano: ma que' che hann' indole impetuosa e feroce si uniscon loro spontaneamente, incitati dalla speranza di maturare imprese, che ripugnando quelli sarebbero pericolose a tentarsi. Imperocchè quelle cose, che sommamente inimiche nuocciono, se per ventura a noi leghinsi d'amistà giovano sommamente. Tutti amiam poi spezialmente quelli, che agevolmente potendo essere altrui di molestia, sono da certa bontà di cuore impegnati ad obbligarsi moltissimi co' benefizj piuttostochè con la forza; e ci crediamo di apparecchiare e di assicurare un certo asìlo a noi stessi, ove ingrandiamo e ravvaloriamo di tutto sforzo quegli uomini, i quali ricchi di facoltà non le usan già per opprimere le fortune o la libertà de' più deboli, ma pronte l'hanno e disposte o a conforto de' cittadini afflitti, o ad onore de' cittadini fiorenti, o a crear pubblica ilarità nel teatro e negli spettacoli. Siam usi in ultimo di venerar coloro, ch' hanno in dileggio e a vile quanto mai temesi o bramasi avidamente dal volgo, e i quali, sia che concedano, o sia che apprestino e guarentiscano agli altri cose che arrecano alcun diletto o vantaggio, niun altro merito de' lor travagli sembrano attendere, fuorichè onore e celebrità. Dalla qual gloria veggendosi il più degli uomini assai lontani per la mancanza di quegli ajuti, che debbono sostentarla, o rinunziandola spontaneamente perchè impediti da que' mestieri, co' quali essa non può congiungersi, non solo altrui non invidiano tal capitale infruttuoso per sè, ma loro grande interesse estimano, che attribuiscasi a quelli, e si consolidi in quelli a perpetuità. Imperocchè qual uomo pur non vorrebbe rime-

carere potest, easque virtutes invitus alat, a quibus uberrime bona illa funduntur, quae vita ipsa sibi cariora sunt?

10. *Ex his, quae ad potentiam opesque magnas plurimum valent, metus ad patientiam obsequiumque demittit; admiratio consuetudine laudum effusarum assentationem parit, quae turpissimum servitii genus est; expectatio commodorum ad amicitiam allicit, clientelas adjungit, adnectitque propinquitates. Quae cum potentiam nulla vi cuique facta augeant, ob eam caussam praesertim magni fieri solent, et cum habeant amplitudinis ac dignitatis speciem quamdam, ipsa per se magna videri possunt. Quia vero quanto vetustiora sunt haec, tanto radices altius egisse latiusque fudisse necesse est; iccirco generis antiquitatem rebus gestis majorum, qui procul a temporibus absint nostris, nobilitatam excellens aliquid esse remur; ac tanto huic arctius adherescimus, quanto remota quae sunt, invidiae minus subeunt; eique praestantiae dignitatis, qua quis eminere velit e ceteris, favetur magis, si specie quadam vetustatis obtecta in vulgus prodeat; quod ea tum non adscititia quidem, aut aliis callide praerepta, sed a natura ipsa tributa quodammodo videatur. Homines enim ut praesentibus invident, ita procul a se disjunctos efferunt; et quod illis avare negant, aut eripiunt inique, largius in hos auctiusque profundunt. Nam finitimis quidem quantulumcumque accesserit incrementi, verentur, ut magis emineant, quam ut se e regione positos videri magnum aliquid sinant; immo vero male sibi cautum putant, si quid iis aut labis aspersum, aut insita de laude limatum non sit: quod in primis tum accidit, cum rebus suis subdiffidunt, vel earum rerum, quibus ipsi valent, ja-*

ritare quegli agj, da' quali non può senza molestia astenersi con quella cosa, la qual da lui trasferita in altri non lascia alcun desiderio di sè medesima? E chi sdegnerebbe mai di promuovere quelle virtù, da cui spandonsi a larga vena que' beni tutti, che della vita stessa gli son più cari?

10. Di questi mezzi, i quali vaglion moltissimo a far potenza e fortuna, il timore abbassa gli animi altrui sino alla stupida condiscendenza; l'ammirazione con l'abitudine delle profuse lodi genera l'adulazione, ch'è il genere di servitù più deforme; la speranza de' comodi all'amicizia alletta, annoda le clientele, e stringe le affinità. Le quali cose, accrescendo l'autorità senz' operare violenza, soglion perciò spezialmente esser pregiate assaissimo, ed avendo una certa immagine di grandezza e di gravità possono ancora tenersi grandi per sè medesime. Ma perchè quanto più antiche sono siffatte cose, denno aver messo radici tanto più vaste e profonde; però crediamo esser pur eccellente cosa l'antichità del lignaggio nobilitata da' gesti di assai remoti antenati; e tanto più strettamente a tale antichità ci attenghiamo, in quanto i lontani oggetti non sottostanno all'invidia, e tanto più favoreggiasi quella eccellenza di stato, con la qual voglia taluno su tutti gli altri risplendere, se comparisca involta da un' apparenza di antichità; perchè allora ne sembra non usurpata certo, o rapita altrui maliziosamente, ma in certo modo concessa dalla natura medesima. Conciossiachè come gli uomini portan invidia a' presenti, così subliman gli assai lontani da loro; e quanto a quelli avaramente niegano o tolgono ingiustamente, con tanto più liberale ed aperto cuore con questi prodigalizzano. Chè veramente per quanto poco aggrandiscansi i suoi vicini, ciascuno teme che non s'innalzino a tanto che a lui già posto rimpetto ad essi più non permettano di grandeggiare; anzi egli estima di provveder malamente a' bisogni suoi, se vir-

cere pretium, seu stabile ac certum nondum esse constitutum vident. Procul autem a nobis dissitis quantacumque tribuantur, metuit nemo, sibi ne quid officiant. Longius enim absunt hi, quam ut secum conferri queant; ad eosque amplificandos quisque mirum in modum pronus est, ut eosdem removeat ab se quam maxime potest, et cum iis sibi ne contentioni quidem relinquatur locus, si non insanus haberi velit. Nam certare cum iis, qui quodammodo conditionem humanam praetergressi sint, inceptum audax habetur insaniaeque conterminum. Quare cum de rebus antiquis judicium ferendum est, id his quodammodo accidit, quod imaginibus e laterna megalographica prodeuntibus; quae tanto latius exporrectae cernuntur, quanto sunt longius impedimento objecto interceptae. Hanc autem proclivitatem hominum obscuritas ipsa temporum adjuvat. Nam ut Nilus flumen ideo sanctius olim habebatur, deque illo mira omnia fingendi potestas erat cuique data, quia fontes ejus in abdito delitescebant; ita quo generis occultior origo est, ac magis a memoria omni recedit, commentum nullum respuens eo fidentius admittit quidquid admirabilitatem aliquam afferat, ac Diis ipsis locet finitimam. Hinc ut decorum pulchrumque visum, ita gentibus usitatum fuit a temporibus notis primordia sua removere, atque in obscura conjicere, quo augustiora ea facerent, et pigmentis fabularum in tanta caligine luce nulla dissipandis illuminarent.

11. *Etsi vero habeant haec magnitudinem quamdam, impleantque oculos; tamen languescunt quo-*

tù in essi rimangasi o non appannata d'alito di vergogna, o d'alcun fregio nativo non isfiorata: lo che avviene principalmente, quando non fida l'uomo abbastanza nelle sue forze, o vede invilir di merito quelle cose per cui sol vale, o non ancora esser posto ad esse prezzo sicuro e invariabile. Niuno poi teme, per quanto grande favor concedasi ad uomini assai distanti da noi, che danno alcuno gliene rivenga. Perciocchè questi ne sono d'assai più lungi, che mai ne possano venire a scontro; ed è ciascuno mirabilmente propenso a magnificarli per discostarseli quanto può, nè avere occasion giammai di misurarsi con loro, se pur non voglia esser creduto uno stolto. Chè il gareggiar con quelli, che trascesero in certo modo l'essere umano hassi per ardimento pressochè mosso da insana temerità. Laonde quando ne occorra portar giudizio di cose antiche, a queste accade ciò che alle immagini, che vengon fuori della lanterna magica, le quali veggonsi tanto più sporte in largo, quanto più da lontano il piano appostovi le intercetti. La stessa poi oscurità de' tempi francheggia tale inclinazione degli uomini. Imperocchè come il Nilo si reputava il fiume più venerabile, ed era lecito a tutti fantasticarne miracoli, appunto perchè celavansi ignote le sue sorgenti; così l'origine della stirpe, quanto più velisi e sfugga ad ogni memoria, tanto più ammette liberamente, nessuna favola rifiutando, qualunque cosa l'adorni di maraviglie, ed agl' Iddii medesimi l'avvicini. Quindi, perchè avvisatolo ed onorevole e splendido, fu pur costume delle nazioni rimuovere dall'età note e respingere i lor principj ne' secoli tenebrosi per renderli più venerevoli e rivestirli con decorose menzogne, cui niuna luce in mezzo a tanta caligine potesse mai disvelare.

11. Ma benchè s'abbiano queste cose grandezza tale da saziar gli occhi, pure in un certo modo s'illangui-

dammodo, nisi quidam ea motus animet, ac novus idemtidem splendor instauret. Nam ut imago e longinquo emissa quo latius funditur, eo diluatur magis necesse est, atque vivacitatis subtrahatur quod est amplitudini adjunctum ; ita quae commendatio et auctoritas a majoribus propagatur, si praesidiis aliis destituta sit, suppeditare quidem ad ostentationem aliquid potest, habet autem ad potentiam nervorum parum. Quare ut in ea sit plurimum et splendoris ad oculos multitudinis percellendos, et momenti ac ponderis ad permovendos animos, illuminanda divitiis est, quae sumptu et magnificentia prodeant, aut exsuscitanda contentione orationis, et facultate dicendi, cujus est admiratio maxima in populo usuque plurimus, aut roboranda virtute et consilio, quae factis illustribus declarata sint et in conspectu posita.

12. *Ac primum quidem, si copiae suppetant, cum facillimum est, tum verum ad popularem laudem accommodatissimum. Nam etsi plerumque soliditatis ei subsit nihil, quod a levitate quadam atque temeritate proficiscatur; tamen eam speciem habet, qua mirifice delectari vulgus et capi solet. Magna enim illecebra est opinio munifici animi, splendideque pecunias effundentis; ut is etiam, ad quem utilitas nondum ulla pervenerit e sumptibus iis, diligat illum, deque illo multa honorifice praedicet; quippe qui fructum, quem nondum cepit, jam conjectura praecipiat, cum paratum illud omnibus et commune perfugium existimet. Ac si sumptus eas in res facti sint, ex quibus accedat ad civitatem insigne decus, tanto id celebrant magis, quanto sibi quisque gloriosius esse putat extare quidpiam inter suos, quod oculos exterorum alliciat, et adventantibus ostentari magnifice possit. Duorum autem posteriorum oratio quidem si fluat ab homine motibus animi vehementibus agitari solito, torrentis instar obvios quosque*

discono, se qualche moto non l'animi, e nuova luce sovente non le ravvivi. Poichè siccome una immagine, la quale spicchisi di lontano, quanto più spandesi tanto è mestieri che smonti, e perda in vivacità quanto guadagna in ampiezza; così quel vanto e quel credito, che si propaga dagli antenati, può veramente somministrar qualche fregio ad ostentazione, vale però assai poco a robusta e solida autorità. Laonde, perch'ella s'abbia e splendore soprabbondante da ferir gli occhi del popolo, e peso e forza da smuoverne gl'intelletti, dee tale grandezza avita o risplendere di ricchezze, le quali sfoggino in sontuose magnificenze, o ravvivarsi di vigorosa ed ubertosa eloquenza, o francheggiarsi di tal prudenza e virtù, che sien chiare per atti illustri, e senza velo spiegate ad ogni riguardo.

12. E quella prima qualità certamente, ove a fornirla si prestino le sostanze, non solamente è la più agevole a porsi in opera, ma la più conveniente ancora a popolare celebrità. Poichè quantunque non abbia sodezza alcuna, originandosi da un certo impeto di leggerezza, ha però quella speziosità, che suole mirabilmente allettare e invescare il volgo. Chè gran seduzione è il credito di cuor munifico e splendidamente prodigo; talchè pur l'uomo, che ancor non trassene profitto alcuno, l'ama e lo celebra con ogni lode, siccome quegli, che già coll'animo preliba il frutto non ancor tocco, veggendo in quella munificenza un ricovero aperto a tutti indistintamente. Ma se le spese profondansi in argomenti d'insigne onore alla patria, tanto più sono esaltate, in quanto che ciascun reputa sua maggior gloria, che nella propria città pompeggino monumenti, che attragan gli occhi de' forestieri, e alteramente si spieghino all'accorrente straniera curiosità. Delle due ultime qualità poi, se la eloquenza muova da un animo veramente solito a scuotersi per

abripit, abreptosque ciscumagit. Ac si forte incidat in ea tempora, quibus homines impendentis mali terrore dejecti, vel elati spe rerum novarum sint, nihil ea potest exoptare opportunius. Nam qui sonantibus verbis, uberibusque sententiis meliora fidenter animo pendentibus afflictisque polliceatur, et bene sperantibus ad audendumque projectis assentetur omnia, sese in sententiam ejus ultro rejiciunt ii, qui conciderunt animis, erigique cupiunt; seque e magna voluntate committunt, quibus jam excitatis dux opus est. Rerum vero gestarum magnitudo sive fortitudinis et prudentiae, sive felicitatis opinionem ingenerat. Nam si gradus sint omnes explorati, per quos eventa progrediuntur, ea consilio et industriae tribuuntur illorum, quibus rem gerentibus obtigerunt; tantumque singulis existimationis et laudis rependitur, quantum ad ea quisque operae contulit. Sin haec implicata sint nimis, et progressus lateant, adscribuntur ignotae potestati cuidam, quae fortuna dicitur; iisque sese tradunt homines alacritate ac studio summo, quibus ea, quam omnia posse putant, adfuerit saepe comes. Quare tum disertis, tum laboriosis ac fortunatis honos est maximus a multitudine nunquam non habitus, quod illi speciem quamdam utilis ac robustae sapientiae secum in scenam afferant; hi vero nervos et vires ad res gerendas applicent, et favorem erga se studiumque rerum humanarum gubernatricis ac dominae praeferant.

13. *Sed cum eloquentia popularis impetum quemdam et fervorem animi flagitet, quo commovere alios et impellere valeat arbitratu suo, rerum autem inquisitionem peritiorem neque sustinere mens insolentibus agitata motibus, neque in rebus agendis occupata multitudo ferre possit; isque fere sit ad*

affezioni veementi, quasi torrente divolge, mena, e trascina quanti raffronta. E se per caso in que' tempi avvengasi, che sono i cuori abbattuti dallo spavento di soprastante calamità, o inebriati dalla speranza di cose nuove, nulla di lei può bramarsi più conveniente al bisogno. Imperocchè chi con vena d' alti e sonori concetti prometta animosamente miglior destino a' palpitanti ed afflitti, e piena sorte assicuri agli animi che, arditi a tutto, tutto già sperano dagli eventi, vedrà spontaneamente al parer suo abbandonarsi tutti coloro che già perduti di cuore agognano rilevarsi; e gettarglisi con tutta l'anima quanti già pronti ad imprendere non abbisognano che d' un capo. La grandezza poi delle geste ingenera un sentimento o di fortezza e prudenza, o di felicità. Poichè, se tutti sien conti i gradi pe' quali avanzano gli avvenimenti, si attribuiscono questi al senno ed alla sagacità di coloro, a' quali s'avvenne in sorte di governarli; e tanta stima a ciascuno se ne ricambia quanto mai d' opera vi conferì. Se poi sieno cotesti eventi così intrigati, che se ne ignorino le progressioni, ad una ignota potenza ascrivonsi, la qual si chiama fortuna; e gli uomini, tutti ferventi e volonterosi, dannosi in mano a coloro, a' quali spesso propizia s' accompagnò la fortuna, ch' essi già credono onnipossente. Per la qual cosa furono sempre dal volgo superiormente onorati così i facondi, come i laboriosi ed i fortunati: quelli, perchè nel pubblico mostran persona d'utile ed alto sapere; questi perchè mettono opera e cuore alle imprese e dichiaransi favoreggiati e protetti dalla governatrice ed arbitra de' casi umani.

13. Ma come per una parte la popolare eloquenza esige fervore ed impeto di passione per aver lena a commuovere e spinger gli animi a suo talento; e per l'altra non può la intima inquisizion delle cose o sostenersi da mente qua e là sospinta da violenti affetti, o sopportarsi da plebe tutta occupata nel vivere; e co-

assensiones in populo crebras excitandas aptissimus, qui rerum a populi sensu abhorrentium contemplationis impatiens est; hinc elequentiae, sapientiaeque verae ac solidae factum est discidium; ac diserti, qui dominari in concione vellent, sapientibus amandatis ad umbracula ab omni celebritate seposita, dum hi semoti stultas opiniones emendare nituntur, easdem ipsi callide fovent; utque vulgi studia aucupentur, colore omni illitas admovent ad coetus hominum; ac tanto prudentiores habentur, et cariores sunt, quanto recedunt minus a judiciis iis, quae cupiditati moribus usitatis inditae favent.

14. *Tamen etsi scientia rerum abditarum a negotiis communibus repudietur, et a populi sensu longe disjuncta sit; aditus ei quidem relictus est, quo possit arrepere ad vulgus ipsum. Hic autem ducitur ab admiratione ea, quae rerum difficilium ac reconditarum opinione commoveri solet, si quo cultu splendido minimeque ignoto illustratae prodeant. Nam, ut est in Bacchis Euripidis, tenebris majestas quaedam adest. Hinc eorum, qui se doctrinae studiis unice dediderunt, opera non equidem vulgus utitur, quod ea parum conferat ad illa paranda, quae sibi utilia arbitratur; neque propterea labores umbratiles rebus iis remunerandos ornandosque censet, quae negotiosis hominibus industriisque putantur adjudicatae; sed tamquam excellens quidpiam digito monstrat, et honore quodam atque veneratione dignatur, tamquam Epicuri Deos in intermundiis illis suis otiosos, et sua sapientia ac virtute gaudentes.*

15. *Ea vero propensione, qua communiter homines adducti suspiciunt res inusitatas, otioque eo, quod ex doctrinae laude potentiam et opes quaerentibus plus, quam vellent, concessum est, abutentes quidam, ea saepe consectantur, ut admirabiliores*

me pure ordinariamente è più abile ad eccitar frequenti acconsentimenti nel popolo chi meno sa tollerar la meditazione di cose aliene dal sentimento del volgo; quinci discordia ruppe tra la eloquenza e la vera sapienza e solida; e gli eloquenti, che in parlamento volessero signoreggiare, cacciati i sapienti in iscuole remote d'ogni frequenza, mentrechè questi si argomentavano ad emendar le stolte opinioni, que' fomentavanle astutamente e le presentavano, per guadagnarsi il favor del volgo, ornate d'ogni vaghezza nelle assemblee; e tanto più savj si reputavano e si teneano più cari, quanto men eglino si dipartìano da que' giudizj, che favoreggiano l'appetito regolatore degli usi predominanti.

14. Pure, benchè la scienza de' naturali arcani sia rigettata dalle comuni faccende, e di gran tratto allontanisi dal sentimento del popolo, le fu lasciato un ingresso, per lo qual possa nel popolo insinuarsi. È questo da quell'ammirazione allettato, cui suol destar l'opinione di cose astruse e difficili, ove si mostrino illuminate di splendidi e non ignoti ornamenti. Chè han pur le tenebre la lor maestà, siccome esprimesi Euripide nelle Baccanti. Quindi non usa realmente il volgo l'opera di coloro, che unicamente agli studj della sapienza si consagrarono, poco tal opera contribuendogli ad apprestar quelle cose, ch'egli a sè reputi profittevoli; nè in conseguenza giudica il volgo doversi le solitarie fatiche loro rimunerare e fregiare di quelle dimostrazioni, le quali credonsi dovute al merito de' laboriosi ed attivi; ma quale cosa rarissima li mostra a dito, e degni estimali di una tal sorta d'onore e venerazione, come gl'Iddii di Epicuro oziosi in que' loro intermondj, e della loro sapienza e virtù beati.

15. Ma prevalendosi alcuni di quella inclinazione, che suole comunemente sospinger gli uomini ad ammirare le cose straordinarie, e di quell'ozio concesso oltre lor voglia a coloro, che dalla gloria della dottrina cercan ricchezze ed autorità, dannosi spesso per

appareant, quae vel difficilem cognitionem habent, eamdemque prorsus inutilem, vel novitate aliqua, dum mentem excitant, judicium evertunt, animumque corrumpunt. Nam quo semotiores a caeteris aetatem agunt, ac sibi relicti per omnigenas idearum series errare liberius expeditiusque possunt, eo magis ab aliis, ut usu et prudentia rerum, sic opinionibus ac sententiis plerumque dissident: et cogitatis undique congestis indormientes inania somniant, aut aestu agitati mentis derilantesque portenta vident. Verum cum, sese ut populo venditent, utilitates, quae re praestari non possunt, inauditas magnifice jactent ac spondeant; admiratio decepta rerum expectatione in contemptum desinit; vel dum nubes captant, cum turpiter offendant in iis, quae sunt in conspectu et usu communi posita, hos sanus quisque tradi illis opportere censet, qui jocularia tractant, ut populo deridendos exhibeant; vel dum nova quaedam et inopinata proferre laborant, cum ea obtrudant, quibus aeque repugnant et mores et ratio, quicumque se contagione foeda pollui minime velit, hos tamquam ominosum aliquid, et Averrunco Deo dignum ab se removet. Quocirca dejecti spe sua queruntur iniquitatem judiciorum, stultitiam carpunt ac stuporem vulgi; opiniones eas, quas diuturnus confirmavit auxitque labor, explosas ab aliis recipiunt rursus ad se; quamque tulerunt repulsam consolantur laudibus iis, quibus inter se large se onerant; ac sibi mutuo spondent aequiora judicia posteritatis adducti fatis eorum, quos a suis, cum viverent, neglectos ipsi loco summo habent; quosque, praesentes cum essent, desertos ac solos fuisse legunt; nulli vero cum sunt, observari colique vident.

apparir più ammirabili, a tracciar cose le quali o sono d'intelligenza difficile, e in conseguenza del tutto inutile, o con qualche novità, mentre svegliano l'intelletto, sconvolgono il sentimento e viziano il cuore. Perciocchè quanto più vivonsi di lungi agli altri, e abbandonati a sè stessi posson vagare più sciolti e liberi per tutti i generi delle idee, tanto più spesso discordano da tutti gli altri, così di massime e di opinioni, come di scienza e di maniere nel vivere; e dormendo su pensamenti per ogni parte ammassati sognano vanità, o agitati e farnetici per accensione di mente veggono maraviglie. Ma per ispacciarsi grandi e autorevoli al popolo vantando eglino e promettendo fastosamente utilità inaudite, che non si possono realmente attendere, l'ammirazione delusa dalle sperate felicità degenera in vilipendio; o mentre avvolgonsi tra le nuvole, venendo lor bruttamente fallito in cose, che sono a vista ed a perizia di tutti, ciaschedun savio giudica doversi eglino consegnare a' pubblici giocolieri, perchè gli espongano all'irrisione del popolo; o mentre sudano a produr cose bizzarre ed inopinate, dando fantasime e larve, a cui s'oppongono ed i costumi e la ragione egualmente, chiunque voglia di lor contatto pestifero tenersi puro se gli allontana, siccome esseri di funestissimo augurio e da commettersi alla Deità dispergitrice de' mali. Per la qual cosa perduti d'ogni speranza lamentansi della malvagità de' giudizj, laceran la demenza e stupidezza del volgo, e nuovamente ricettan essi quelle opinioni, cui ributtate dagli altri un indefesso travaglio sostenne ed amplificò; e si compensano dell'incontrata repulsa con quegli elogj, di cui tra loro profusamente si colmano; ed a vicenda promettonsi giudizj più favorevoli dalla posterità, inanimiti dalla fortuna di quelli, cui sprezzati in vita da' loro contemporanei superiormente essi estimano, e leggono essere stati e derelitti e negletti mentrechè furono, ma veggonli in riverenza e in onore poichè disparvero.

16. *Rerum demum ad expetendum propositarum sunt adminicula varia, quae tanti haberi solent, quantum ad res ipsas adjumenti afferunt; et quanto res ipsae, quibus famulantur, in pretio sunt. Sic ubi luxuries dominatur, omnisque sapientia ponitur in expendendis eligendisque deliciis, sumptuosa lurconum gula dignitatem summam conciliat iis, qui, ut ait Plautus in Pseudolo* (1),

> . . . . condita prata in patinis proferunt,
> Et herbas herbis aliis porro condiunt;

eisdemque potestatem gloriandi facit, immortalitatem se reperisse, et convivas omnes fecisse Deos, ut nebulo quidam ajebat in Milite Philemonis: et oculorum auriumque lascivia maximos honores habet mimae, psaltriae, tibicinae, saltatriculae; quodque Alexandrinis Dio Prusaensis (2) *exprobrat, decorum esse magnique animi putat, sese pro cantrice morti offerre, miserumque hominem vocat, a cuncto consessu plausu dato, servatorem ac Deum.*

17. *Eorum igitur, quae homines appetere magna opera solent, haec summa capita sunt; quae quidem ita digessi, ut ultro appareat origo cujusque, et species ea, qua sese imprudentibus commendarunt, aut falli volentibus caussam aliquam ineptam saltem, falsam iniquam obtulerunt ea magni faciendi, ne nullam prorsus habere viderentur. At minime putandum est ita singulos ordinare cupiditates suas, ut hasce ad omnia aeque adjungant. Neque enim omnes aeque omnibus apti sunt; neque dum semel quidpiam, pro varia seu natura cujusque seu vitae temporumque ratione, mentem animumque occupavit,*

(1) Act. 3. sc. 2.
(2) Orat. 32.

16. Varj son finalmente i sostegni a cui si appoggian le cose proposte ad essere desiderate, i quali sogliono riputarsi ed in ragione del giovamento che prestino ad esse cose, e a proporzion che le cose stesse, a cui servono, sieno in pregio. Così ove domina la lussuria, ed ogni sapienza è posta nel minuzzare e trascegliere delicatezze, la sontuosa gola de' parassiti procaccia massimo onore a quelli, i quali, come nel Trappola dice Plauto (1),

. . . . ti mandano condita
In tavola un' intera praterìa,
E l'erbe ti condiscon con altr'erbe,

e porge loro argomento di millantarsi d'essere aggiunti alla immortalità, e d'aver tutti i lor commensali deificati, come vantavasi un impostore nel soldato di Filemone; e la dissolutezza delle orecchie e degli occhi profonde massimi onori alla commediante, alla cantatrice, alla sonatrice, ed alla saltatrice; e, ciò che Dione Prusense rimproverava agli Alessandrini (2), reputa bello e di cuor magnanimo esporsi per una mima alla morte, e salvatore e Dio chiama un uomo sciauratissimo, prorompendo tutto il teatro in applausi.

17. Questi son dunque gli articoli principali di quelle cose, che sogliono ardentemente dagli uomini desiderarsi; i quali articoli io certo così disposi, che di ciascuno apparisca spontaneamente l'origine, e quella speziosità, con la quale si affezionaron gl'incauti, o un qualche motivo almeno falso ridicolo ingiusto offeriron loro di valutarli assaissimo, per non parere affatto d'ogni ragione manchevoli. Ma non si dee però

(1) Plauto nel Trappola Atto Terzo Scena 2. *Lo* Stellini *non riferisce che due versi di Plauto, come se fossero congiunti, tralasciandone uno, che è nel mezzo de' due riferiti; forse perchè quello contiene espressioni non confacenti all' immagine che vuol presentare. Ecco perchè io vi ho in tal modo acconciata la versione datane dall* Angelio.

(2) *Dione Orazione* 32.

alia aeque vel aestimare, vel ut assequantur eniti possunt. Quare pro diversa vel mentis vi, vel affectione animi, vel conditione vitae, vel gentis consuetudine, alia aliis praeponi, alia referri ad alia solent; et in singulis quisque conquiescit, vel iis tamquam hospitio utitur, occasione data ultra perrecturus. Nam qui commodis abundat, et animo quidem alacri fervidoque, sed incostanti una ac levi praeditus, et si sensu aliquo non occupetur, otiosus fere est, is in voluptate consistit, ac adjungit ad eos se, qui vitam solutam et vacuam curarum severiorum unice probant. Quare quod a conviviis a theatro a spectaculis ab alea otii datur, occupant illud explentque gerrae inanes, scurriles joci, nugarum indagatio percuriosa, sermonesque ii, qui cupiditati possint illecebra aliqua lenocinari. Qui pollet ingenio, si strepitum ferre nequeat, sese fere abdit in artium reconditarum studiis; sin is sit, qui commovere se facile possit, animisque valeat, ea fere studia con sectatur, quae jactationem in populari celebritate habeant, iisque vel avare ad quaestum, vel ambitiose ad laudem et gratiam abutitur. Qui liberalem a natura indolem accepit, aditumque a fortuna impetravit ad honorum gradus, is amplitudini inservit, eoque spectat, ut gloria domi aut militiae parta floreat, et caussam celebritatis ac nominis transfundat in posteros. Audaces ad omnia si nulla spe domi detineantur, sese fortunae tradunt, eamque vel sequuntur quocumque vocat, vel ambiunt; idque punctum captant, quo sese exorari sinat, et aditum reseret ad expromendas exercendasque facultates eas, quae finibus exiguis contineri nequeunt. Industrii navi laboriosi, qui vel respuunt honores propter animi illiberalitatem, vel ab his propter obscuritatem generis respuuntur, fere divitiis inhiant, omnia ponunt in pecunia, suumque defraudantes genium, disperdendas a nepotibus opes congerunt. Inepti con-

credere che ciascun uomo disponga e tenga in tal ordine le sue passioni, che tutti agognino con pari ardore ogni cosa. Chè non a tutto siam tutti egualmente adatti; nè perchè siasi un qualche oggetto una volta impadronito d'alcuno, la mente e il cuore occupandone secondo la varia indole e il tenor vario del vivere e delle età, può ciascheduno per questo o pregiar del pari altri oggetti, o affaticarsi del pari per conseguirli. Per lo che giusta la differente o vigorìa di spirito, o disposizione di cuore, o qualità di vita, o consuetudine di nazione, sogliono alcuni obbietti essere ad altri anteposti, ed altri ad altri sostituiti; ed ognun fermasi in ciascun d'essi, e di ciascuno si giova come di pausa pronto nell'occasione a proceder oltre speditamente. Poichè chi nota negli agi, ed è fornito d'ingegno vivace e fervido, ma insieme vano e incostante, ed è d'ordinario ozioso se non sia pure occupato da qualche senso, costui si sta nel piacere, e avvicinasi tutti quelli, che unicamente apprezzano un viver molle scarico d'ogni severità. Laonde quanto ne lascian d'ozio mense teatro giuoco e spettacoli, s'impiega tutto e scialacquasi in ciance vane, giocose scurrilità, minuzzamento sottile di bagattelle, e in discorsi che possano destare un qualche solletico all'appetito. Chiunque vale d'ingegno, se il romorìo lo frastuona, per lo più celasi fra le cure di silenziosi mestieri; se poi sia tale da mettersi agevolmente in ardenza, ed abbia vivido cuore, ordinariamente abbandonasi a quegli studj, che menan vanto nelle assemblee popolari, e se ne ajuta o avaramente a guadagno, o ambiziosamente ad onore ed autorità. Chi trasse dalla natura liberal indole, ed ebbe dalla fortuna libero ingresso agli onori, studia soltanto per aggrandirsi, e tutto anela a distinguersi con imprese o in pace o in guerra onorate, e a trasferire argomento di nome e fama ne' posteri. Gli ardimentosi a tutto, se nulla speranza in patria li soprattenga, commettonsi alla fortuna, ed o la seguono dovunque

tra, sed claro et honesto loco nati jura tuentur ostentantque nobilitatis; honores, quibus aliena virtute partis, luce quasi aliena, nitent, gloriose et magnifice jactant; cumque nihil omnino praestent addantque de suo, deberi sibi summa omnia arbitrantur. Hilares amoeni comes leporem omnem, ac venustatem amant, seque dare solent ad artes eas, quae festivitate sive jucunditate aliqua delectant, cavillatores faceti, convivae commodi, obsonatores optimi, strenui comissatores, in amoenis rebus ac voluptariis adversi nemini. Contra feri et concitati dissidiis oblectantur, inimicitias ultro suscipiunt, ut esse videantur animi magni, pejorem in partem omnia trahunt, ne parum solliciti et anxii dignitatis vindices habeantur ab sui similibus; ac sibi tum maxime placent, cum viderint alios nihil tam providere, quam ne vereri parum videantur irritabile genus hominum, et jurgii subinde caussas inferens; tumque se honore maximo affici putant, cum sanus quisque ab se maxime cavet, ne insanis serviat. Qui denique segnes adeo tardique sunt, ut a caudicibus absint quam minimum, qui vitae vitalis id unum habent, ut ali possint, ibidemque gignuntur et consenescunt; nihil ultra postulant, quam ut neque de loco moveantur, neque sibi plus oneris imponatur, quam quo se mentis aucta corporisque otio sagina ipsa gravat. Denique ut affectionum animi aut corporis, ita cupiditatum et opinionum infinita quaedam varietas est. Id enim fere quis appetit, et appetendum esse judicat, in quo maxime naturae munere habilis est; nisi saepe institutio, et ratio interdum alio devocet.

chiamali, o se la brigano; e afferrano quell'istante, in cui la dea capricciosa permetta d'essere guadagnata e dia campo a manifestare ed usar quelle facoltà, che non possono a stretti limiti contenersi. I vigilanti pronti e operosi, che o rigettano per sordidezza d'animo le dignità, o rigettati ne sono per ignobilità di lignaggio, per lo più anelano alle ricchezze, non pregiano che il danaro, e macerandosi di privazioni continue accumulano sostanze da scialacquarsi da scapestrati. Per lo contrario i milensi, ma d'onorata e d'illustre nascita, curano e vantano le ragioni di nobiltà, menano vampo ed orgoglio di quegli onori, de' quali come d'estranea luce, per esser frutto dell'altrui senno, risplendono, e nulla affatto aggiugnendo a quelli del proprio, di loro merito estimano ogni onorificenza. Gli allegri ameni ed affabili d'ogni graziosità e leggiadrìa sono vaghi, ed usan darsi a quell'arti, che per alcuna dolcezza o giocondità ne dilettano, motteggiatori scherzevoli, piacevoli commensali, ottimi spenditori, bravissimi gavazzieri, a niuno stimolo o di piacere o di gioja giammai ritrosi. Gli uomini per l'opposito violenti e fieri si piacciono delle risse, spontaneamente imprendono inimicizie, per mostrar animo grande; traggono tutto al peggior partito, per non essere da' pari loro tenuti poco gelosi o solleciti difensori del proprio onore; allora poi si compiacciono di sè medesimi, che veggon gli altri non darsi briga maggiore, che a non parere di temer poco una razza d'uomini così facile ad irritarsi e a dar frequente cagione di altercamenti; e allora credono d'essere superiormente onorati, quando ogni savio ponesi in sicurtà per non servire a frenetici. Coloro in fine, che sono ottusi talmente e torpidi, che pressochè pajon tronchi, e in cui la vita non vive che per far carne, e dove nascono quivi medesimo invecchiano, non altro chiedono che di non essere smossi di situazione, nè caricati di maggior soma di quella ond'essa pinguezza, aumentata

dalla inazione dell' anima e delle membra, aggravagli. Avvi in somma tal di appetiti e opinioni infinita diversità, qual di affezioni di corpo e d'animo. Imperocchè ciascuno ciò d'ordinario desidera e giudica desiderabile, cui maggiormente per naturale attitudine sia disposto, seppur sovente la educazione e il ragionamento altrove non lo richiamino.

CAPUT III.

Qua ratione tradita et quibus ex fontibus hausta sint praecepta de vita et moribus.

1. *Opiniones eae de rebus expetendis, quas aut sensus indidit, aut imaginatio adornavit, aut mens et ratio sensim expedita protulit, ad artem et ad praecepta revocatae sunt. Quae quidem praecepta primo rudia fuere, cum neque meliora promere, qui tradebant, neque subtiliora ferre possent ii, quibus illa tradebantur. Concinniora deinde atque una robustiora extitere, quod exculta paullatim atque corroborata ingenia essent; et quae docebantur, ex ipsa natura rerum sese prodente gravissimis in negotiis elicerentur ab iis, qui rebus gestis interfuissent. Postremo ab hominibus otio abundantibus, et in umbraculis ab omni rerum gerendarum luce seclusis adeo minute concisa, exsiccata, et curatura fuere quasi reddita juncea, ut subtilitate nimia vanescerent ac multitudinis intelligentiam fugerent; aut adeo quasi vepribus interclusa disputationum atque concertationum, ut omnino deserta exolescerent; et cum essent a vita communi plane repudiata, ad inanem ostentationem ingenii ventilarentur, et in nova subinde monstra degenerarent. Qua ex ingeniorum perversitate, sive acumine importuno detrimenta summa consecuta duo sunt; alterum, quod incerta fecere*

CAPITOLO TERZO.

Con qual tenore siensi proposte e da che fonti attinte le instituzioni del vivere e de' costumi.

1. Quelle opinioni, cui su le cose appetibili o il senso ne ingenerò, o la immaginazione imbellì, o l'intelletto e il ragionamento insensibilmente spiegatisi palesarono, ad arte e regole si ridussero. Le quali regole in vero furono prima rozze, non le potendo nè quelli che proponevanle produr migliori, nè sopportare più raffinate coloro a' quali si proponevano. Quindi comparvero e più forbite ed insieme più vigorose, sendosi appoco appoco disciplinati e corroborati gl'ingegni, e dalla natura medesima delle cose, la qual ne' gravi emergenti sè stessa apriva, traendosi gl'insegnamenti da que' che fossero stati o testimoni o partecipi delle azioni. Dagli uomini finalmente abbondantissimi d'ozio, e nelle scuole solinghe e chiuse ad ogni romore e luce di affari, furon così minuzzate, affinate, e col trattarle rendute così flessibili, che per soperchia sottilità svanivano, e dileguavansi alla ragione del volgo; o fra le spine di gare e dispute talmente furono soffocate, che affatto incolte appassivano; e sendo palesemente dal comun vivere ributtate si ventilavano a vana ostentazione d'ingegno, e quindi in bizzarrie mostruose degeneravano. Dalla quale perversità, o sottigliezza importuna degl'intelletti, due gravi danni se-

quae certissima sunt; alterum, quod ii sunt maxime relicti, quibus erat potissimum consulendum. Nam cum nubes quidam et inania captarent, cultuque ac moribus non magis ab humanitate, quam genere loquendi ac sentiendi inusitato a communi sensu abhorrerent; ab se praeceptisque suis avertebant eorum animos, quos attentos maxime sibique deditos habere debuissent. Deinde cum vitae leges ad ea principia redigerent, quae difficile ab iis percipi poterant, qui multum non essent in rerum abstrusarum cognitione versati, vel dubia saepe, et interdum etiam plane commentitia deprehendebantur; recti honestique vim infirmarunt, et evidentiam infuscarunt: dum quod simplex est, insitaque luce illustratum, consectarium esse voluerunt effati alicujus altius repetiti, quam oporteret, vel arbitraria positione tantummodo nixi. Quemadmodum igitur ex hominum cupiditatibus sese occasione data evolventibus opinionum et morum dissimilitudines et conversiones ductae hactenus et adumbratae sunt, ne quae cupiditates ingessere, confundantur cum iis, quae natura ipsa commendavit; ita ex eorumdem mentibus usu rerum expolitis, et apparatu instructis multiplici notionum sese identidem ingerentium rationes eae derivatae se offerent, quibus varie temporibus variis formari mores coepti sunt, et fontes ii deprehendentur indicio certo, ex quibus praecepta omnia fluxerunt; ne purum id ac liquidum existimetur, quod a lutulento saepe fonte haustum est.

2. *Ac vetustissima quidem instituendae vitae praecepta fuerunt exempla ipsa, quae oculis objiciebantur, aetate provectiorum. Natura enim utro deferente, rudes homines ea fere sequuntur, quae fieri vident; et inculto ingenio atque cupiditatibus oppido contractis instructi pro lege vitae facta parentum ha-*

guirono; il primo, che si rendettero cose certissime incerte; l'altro, che quelli più trascuraronsi, cui più doveasi assistenza. Perciocchè alcuni palpando nuvole ed ombre, nè sì discordi dall'uman genere per i costumi e per l'abito, come dal comun senso per inusata forma di ragionare e d'intendere, gli animi di coloro da sè e da' loro ammaestramenti alienavano, che più doveansi tenere attenti e benevoli. Di poi riducendo essi le istituzioni del vivere a que' principj, che mal poteansi comprendere da menti poco addestrate alla contemplazione di oggetti arcani, o si scoprivano sovente equivoci, e ancor talvolta fallaci, indeboliron la forza del giusto e del convenevole, e intorbidarono la evidenza; mentre ciocch'è pur semplice, e di natìa luce chiaro, voller che fosse illazione di qualche massima, presa di lungi assai più che non bisognava, o sostenuta sol tanto da un arbitrario argomento. Siccome adunque dagli appetiti umani, spiegantisi alle opportune occasioni, sin qui si trassero ed ombreggiarono le differenze e le mutazioni delle opinioni e degli usi, affinchè quelle, che s'intromisero dagli appetiti, con quelle non si confondano, che la natura medesima insinuò; così dalle menti umane, incivilite dalla esperienza e fornite di un apparato amplissimo di cognizioni a tratto a tratto ingerentisi, presenterannosi derivate quelle ragioni, per cui variamente i costumi giusta le varie opportunità presero ad abozzarsi, e con indizio certo si scopriranno quelle sorgenti, donde sgorgarono tutte le istituzioni; perchè non s'abbia per puro e limpido ciò che assai volte da immonda vena fu tratto.

2. E veramente i primi ammaestramenti del vivere furon gli esempli, che presentavano di sè stessi gli uomini di maggiore maturità. Conciossiachè per impulso spontaneo della natura gli animi rozzi agevolmente appigliansi a ciò che vedono, e, provveduti di grosso ingegno e d'assai scarsi appetiti, hannosi a norma di vita

bent, quae nulla mentis opera intercedente per sensus illabuntur in animum, in eoque perdiu inhaerescunt. Nam cum nemo plane otiosus esse possit, quod interiore motu perpetuo cieatur, efficaci trahimur omnes ad imitandum studio necopinantes ea, quae cernimus, qui modus est agendi facillimus; et cum eo sint sensus acriores, quo mens cessat magis; et imagines, quae per sensus influunt in animum, eo distinctius altiusque infigantur, quo magis in vacua veniunt; eapropter quae species oculos impulerunt semel, coram adsunt diu planae et expressae, continenterque movent, ut eaedem sint cum incitamenta ad agendum, tum norma ac regula, ad quam dirigantur incepta omnia. Quare multitudinem imperitam videmus eorum sese auctoritate fere tueri, quos imitandos ipsi fors obtulit, neque caussam aliam afferre, cur quid probet aut vituperet factum, quam quod idem laudent aut vitio tribuant ii, in quos tamquam in speculum inspicit; ut non immerito pater ille Horatianus (1) *praedicet servare se traditum ab antiquis morem, cum propositis alienis exemplis puerum a vitiis absterrebat, aut faciendum quid jubens unum e judicibus selectus objiciebat. Nestor enim apud Homerum* (2) *ob ipsum id, quod olim viri longe fortiores obtemperassent monitis suis, Achilli atque Agamemnoni persuadere contendit, ut pareant sibi, desistantque a rixa foedissima: et obstinato Achillis animo, qui summo Graecorum in periculo praelio supersedebat, ea opponit, quae fortiter ipse, cum floreret aetate, pro patria gesserat, ut ille ex his documentum caperet, quam turpe esset, otiosum se suorum exitii spectatorem praebere eum, qui posset unus depellere* (3).

(1) Serm. 4. l. 1.
(2) Iliad. l. 1.
(3) Ibid. l. 12.

le operazioni de' genitori, che senza briga dell'intelletto scorron pe' sensi nell' animo; e a tal maniera per lungo tempo s'attengono. Avvegnachè niun potendosi tenere ozioso, perchè da un perpetuo interior moto agitato, siam tutti mossi da un vivo ardore, senza neppure avvedercene, ad imitar quelle cose, che ci si parano agli occhi; ch' è la più breve e spedita via d'operare: e sendo i sensi tanto più vividi, quanto più pigra la mente assonna, e più profonde e scolpite fingendosi quelle immagini, che per i sensi ne vanno all' animo, quanto in più voto spazio si trovano; quindi ne stan lungamente limpide e vive al pensiero, e di continuo ci pungono quelle forme, che ci hanno colpito una volta gli occhi; talchè ne sieno le stesse così di stimolo ad operare, come di norma e regola, alla qual tutte dirigere le operazioni. Per la qual cosa veggiamo il volgo imperito prendere a schermo ordinariamente l'autorità di coloro, che ad imitarsi la sorte gli presentò, nè altra ragione addurre per alcun fatto di approvazione o di biasimo, se non la stima od il vituperio, in cui se l'abbiano quelli, ne' quali come in forbito specchio riguarda; talmentechè non a torto grida quel padre Oraziano (1), di osservar l'uso trasmessogli dagli antenati, quando al figliuolo per distornarlo da' vizj gli esempj altrui proponeva, o a qualche azione animandolo un de' trascelti giudici gli additava. Perciocchè Nestore appresso Omero, appunto perchè una volta Eroi d'assai più gagliardi cessero a' suoi consigli si sforza d'indurre Achille e Agamennone ad obbedirgli ed a cessare lor briga vergognossisima (2); ed all'ostinato animo di Achille, che ritiravasi nel rischio estremo de' Greci dalla battaglia, oppone le azioni sue per la patria nel fior degli anni gagliardamente operate, perchè apprendesse da quelle qual

(1) Orazio Sermoni lib. 1. sat. 4.
(1) Omero Iliade lib. 1.

3. *Proxima docendi ratio, quid homini facto opus esset, ex similitudine ducebatur animantium reliquarum, quae perfamiliares erant, et imaginem quamdam actionum humanarum praeferunt. Ab iis enim, quae gererent ipsi, quod essent in vita agresti et inculta paucissima, facile deducebantur homines ad ea consideranda, quae ex ipsa natura animantium, quibuscum plurimum versabantur, educta vi suapte in sensus incurrebant. Tanto enim acutius ea dispicit, quae se extrinsecus offerunt, quanto minus multis destinetur, inque seipso minus est occupatus animus. Quare excitata ab iis, quae sepe cernebantur, ratiocinandi vis rerum objectarum expositas maxime et insignes notas inter se comparare, et facile, quod homini esset in vita utile, collatione similium perspicere poterat. Sic Hesiodus* (1) *ex fucorum more, qui labores apum ignavi absumunt, eos esse Diis hominibusque invisos arguit, qui, cum aetatem traducant inertes ac desides, aliena diligentia parta abliguriunt. Ex quo factum est, ut historiae animalium scriptores artem, in qua versantur, utilem esse perhibeant et cognoscendae rerum naturae parti nobilissimae, et formandis hominum moribus. Est in Aeliani de animalibus libris, Gesnerus ait, temperamentum quoddam et armonia utriusque philosophiae, moralis, et naturalis. Ab animantium enim natura moribus actionibus passim hominum mores redarguit et emendat. Tolerabilius, minusque animos commoturum erat hominem conferri homini, et mutua sui generis comparatione, exemplisque incitari. At facta cum brutis collatione, vehementissimum adhortandi increpandique genus est.*

(1) In op. et dieb.

onta fosse, che spettatore ozioso dell'esterminio de' suoi sedesse chi sol potea dissiparlo (1).

3. La susseguente maniera d'istruir gli uomini sopra le vie da tenersi nell'operare traevasi dal confronto de' rimanenti animali, ch'erano i più familiari, e che nelle azioni mostrano pressochè umano andamento. Perciocchè gli uomini dalle cose ch'essi operavano, essendo elleno in rozza ed agreste vita pochissime, si conducevano agevolmente a riflettere sopra quelle, che messe fuori dalla natura medesima degli animali, co' quali usavano il più, di lor naturale impulso gittavansi e facean urto ne' sensi. Che tanto più acutamente riguarda l'animo quelle cose, che il pungono esteriormente, quanto son elleno in minor copia a distrarlo, e quanto meno egli è pure dentro a sè stesso occupato. Per la qual cosa la forza ragionatrice, svegliata dagli accidenti frequentemente osservati, potea fra loro paragonare le più spiegate e notabili qualità degli oggetti, e, confrontando insieme le somiglievoli, agiatamente conoscer quello che più alla vita degli uomini si confacesse. Così Esiodo (2) dall'uso de' calabroni, che si divorano le fatiche dell'api, mostra odiosissimi essere agli uomini ed agl'Iddii que' che, nell'ozio traendo vita infingarda gli altrui sudori consumano. Donde pur venne che lo Scrittor della Storia degli animali celebra l'opera che tratteggia, siccome utile ed a conoscere parte sì nobile della natura, e a formare le costumanze degli uomini. Avvi ne' libri d'Eliano su gli animali, dice Gesnero, un temperamento e un concerto dell'una e l'altra, morale e naturale filosofia. Imperocchè dalle proprietà, da' costumi, e dall'opere degli animali piglia sovente a riprendere ed a corregere le consuetudini umane. Era più tollerabile e da urtar meno gli spiriti riscontrar l'uomo, e con raffronti scambievoli

(2) Idem lib. 2.
(1) Esiodo I lavori e le giornate.

4. *Deinceps ex animantibus ad alias naturae partes progressio facta est; et leges obviae, quibus hae reguntur, ad cohibendas hominum cupiditates translatae sunt. Nam cum externa quisque antea cognosceret, quam propria et sua; qui cupiditatum aestu minus abrepti essent, aliena traduxerunt ad eorum moderationem, qui motibus animi vehementibus omnia concedenda censuissent. Sic in Phoenissis Euripidis, ut Eteocles ab immoderata ambitione revocaretur, in subsidium vocat Jocasta solis et noctis vices, et instrumenta ea, quibus examinatur rerum pondus, et magnitudo internoscitur.* Quanto *inquit,* satius fuit aequalitatem colere, quae socios sociis ligat, urbesque urbibus? Aequalitas enim mensuras ac ponderum se librantium momenta constituit, et numeros definivit: et obscura noctis facies, et solis jubar lege paritatis annuas explent vices, vincuntque vincunturque; at invidia vacant, ut usui hominum serviant socialiter. *Quae quidem monendi via non erat solum rudibus ingeniis accommodata, quia sensus ipse quodammodo fidem faciebat, sed etiam voluptatis ipsa per se plurimum affert, quod uno intuitu plura labore minimo cognoscenda objiciat, remque aliam ex alia nullo negotio deducendam offerat.*

e con esempli della sua spezie incitarlo. Ma porlo a petto co' bruti è riprensione acerbissima, è pungentissimo stimolo di esortazione.

4. Quinci dagli animali all'altre parti della natura s'oltrepassò, e le più chiare leggi, che reggon queste, si trasferirono a moderare le cupidigie degli uomini. Poichè ciascuno venendo prima a conoscere l'esteriori che le sue proprie cose, coloro che meno ardevano di forsennati appetiti trasser da cose d'altra natura le regole per frenar quanti deliberassero doversi rimetter tutto alla insania delle passioni. Così Giocasta nelle Fenisse di Euripide (1), per trar del cuore di Eteocle la smoderata ambizione, si vale dell'alternare che volge la notte e il giorno, e di quegli arredi, con cui si pesa la gravità, e la grandezza misurasi delle cose. Il meglio, dice

. . . . . . il meglio, ed il più bello è questo
O Figlio, il coltivar l'ugualitade,
Ch'agli amici gli amici, e alle cittadi
Le cittadi, e i compagni alli compagni
Nell'armi accoppia ognor: poichè natura
L' ugualità tra de' mortali pose
Per loro legge: il maggior poi contrasta
Sempre al minor, e quindi i giorni ostili
Comincian tosto; e pur saggia dispose
L'ugualitade i misurati modi,
E giusta lance, e numerate guise
Agli uomini prefisse; e già l'oscuro
Notturno lume, e il risplendente raggio
Del sole l' annuo giro egual mai sempre
Corre, nè l'uno mai dall'altro vinto

(1) Euripide nelle Fenisse Atto 2. Scena 3. *secondo la versione del* Carmeli. *Dallo* Stellini *è riportato questo luogo, siccome quello di* Eschilo *nel primo Capitolo, in prosa latina ristretto e mozzo de' suoi concetti. Noi lo rechiamo in italiano com' è conforme all' originale, non potendo che maggiormente dar lume alla sentenza del nostro Filosofo.*

5. *Verum cum similitudines hae fusiorem aliquanto orationem poscerent, atque praecepti vis expansa latius hebesceret; sensim praeceptum ipsum, et imago ea, qua veluti vehiculo in animum inferebatur, in unum coaluerunt, ut incitatum ac vibrans acrius percelleret mentem, in eaque altius imprimeretur. Ex quo profluxerunt quae paroemiae dicuntur, et translationes sunt, ut Aristoteles* (1) *ait, a specie ad speciem, eo jucundiores, quo breviores et contortae celerius. Si quis enim ex eo quod Carpathii, leporibus in insulam importatis, frugibus calamitatem acciverunt, persuadere cuipiam velit, ut abs re postmodum nocitura abstineat, ac dicat,* CARPATHIUS LEPOREM, *monitum ea ratione oblatum ocyus fertur, animo penitius infigitur, assensumque vehementius elicit. Ita enim fere comparati sumus, ut cum impressionis vivacitate notionis evidentiam confundamus, eaque clarius intelligere nos arbitremur, quibus imaginandi perculsa vis acrius est: et quae novitate aliqua commendantur, ea stabiliora sunt ad diuturnitatem memoriae, neque vetustate ulla consenescunt. Quare Aristoteles apud Synesium in Encomio Calvitii paroemias eleganter vocat antiquae philosophiae, maximis in conversionibus rerum humanarum afflictae ac perditae, reliquias, propter brevitatem atque dexteritatem ex interitu elapsas.*

6. *Sed cum nescio quo fato corruptioni propriora*

(1) Rhet. l. 3. c. 11.

Portasi invidia; e in questa guisa il giorno
E la notte a' mortali avvien che serva.

Il qual modo in vero di ammonizione, non era sol convenevole a' rozzi ingegni, perchè il medesimo senso ne contestava in una certa maniera la verità, ma reca insieme diletto per sè medesimo, perchè presenta a discernere in uno sguardo con lieve briga più cose, e a trarre l'una dall'altra con somma facilità.

5. Ma richiedendo tali similitudini discorso alquanto abbondevole, e indebolendosi diffuso in molte parole il nerbo della istruzione, appoco appoco il precetto stesso con quella immagine s'incorporò, per cui quasi per un veicolo s'introduceva nell'animo, perchè veloce e vibrato colpisse l'anima più vivamente, e più adentro le si cacciasse. Di qui sgorgarono que' che proverbj diconsi, e son traslati, siccome dice Aristotile (1), di spezie a spezie, via più aggradevoli quanto più brevi e vibrati. Poichè se alcuno, per la ruina che trassero sopra le biade i Carpazj portando lepri nell'isola, voglia indurr'altri ad astenersi da cosa disposta a nuocergli, e dicagli, *Carpazio, guardati dalla lepre*, l' avvertimento così proposto più ratto portasi all'animo, più al vivo il penetra, e con più forza ne trae l'assenso. Perciocchè noi d'ordinario siam così fatti, che confondiam l'evidenza con la vivacità del concetto, e ci crediamo intendere più chiaramente ciò che più forte ne scuote la fantasia; e quegli oggetti, che sono per qualche novità commendevoli, più saldi imprimonsi nella memoria, nè per età vi s'invecchiano. Per la qual cosa elegantemente Aristotile chiama presso Sinesio nell'Elogio della calvezza i proverbj reliquie della filosofia antica, sconciata o spersa ne' grandi rivolgimenti de' casi umani, per la destrezza loro e tenuità sfuggite ad ogni esterminio.

6. Ma siccome per non so quale fatalità quelle cose,

(1) Aristotile della Rettorica lib. 3. cap. 11.

esse soleant quae utiliora sunt, paroemiae hae, quae cum minus homines ingenio fiderent, a rebus familiaribus depromptae id solum habebant obscuritatis, quod excitare mentes admiratione aliqua captas ad attentionem posset, in ea paullatim, quae vocantur aenigmata, degenerarunt, atque obscuritate sua popularia ab se pervestigandi studia deterruerunt. Ejusmodi quaedam ex Aegypto deportata sunt a Pytagora, cujus praecepta pleraque non admodum a Hieroglyphicis Aegyptiorum litteris distare Plutarcus ait (1). *Sunt enim oraculorum similia, quae, quidquid accidisset, antea praedixisse videri propterea poterant, quia cum nihil explicate definiteque significarent, in illa quadrabant egregie sensus omnes, etsi maxime dissidentes. Haec autem vel de industria conquisiverunt, ut se populo venditarent, et quae saepe vulgaria proferrent, ex consilio Jovis detulisse quodammodo viderentur; ac vulgus, quod ea fere magis admiratur, quae minus intelligit, numquam non indigeret interprete; vel cum pauca admodum perspecta haberent, ea contulerunt inter se, quae nullo modo congruere poterant. Rebus enim permultis exploratis opus est, ut quae maxime conveniunt inter se, deligi possint, ne altera alterius in locum invita repugnansque substituatur: et cum rei cujusque non una sit quasi facies, sed innumerabiles aliis aliae obvelatae, sagacitate quadam admirabili retegantur oportet, quae singulis in rebus delitescunt qualitates omnes, ut ea, qua res unaquaeque cum altera congruit, optime dignoscatur. Hinc in iis praesertim, quae longe distant inter se, pervidere similitudines, Aristoteles esse praestantis ait et sollerter collineantis ingenii* (2).

(1) In lib. de Is. et Os.
(2) L. 3. Rhet. c. 11. et l. de re poet. c. 22.

che più ne apprestano di utilità, soglion essere vieppiù vicine a corrompersi; così pur tali proverbj, i quali, quando men gli uomini valean d'ingegno, avean sol oscurezza tale quanta bastasse a provocar l'attenzione con qualche impulso di maraviglia, degeneraro no appocoappoco in que'che appellansi enigmi, e con la loro oscurità sbigottirono gl'intendimenti volgari dal rintracciarli. Alcuni di simil fatta seco d'Egitto recò Pitagora, molti precetti del quale, dice Plutar co (1), non variar molto da' geroglifici egizj. Poichè somigliano a quegli oracoli, i quali appunto potean mostrare predetto innanzi qualunque caso avvenire, perocchè nulla di certo e chiaro significando lor s'accordavan benissimo tutti i sensi, quantunque più discordanti. Scelsero poi tali enigmi o maliziosamente per guadagnarsi l'ammirazione del popolo, e fargli credere in certo modo aver dal consiglio di Giove attinto quanto sovente spacciassero di più volgare; o perchè il volgo, che d'ordinario più ammira cose che meno intende, continuamente d'interprete abbisognasse; perchè, avendo essi contezza piena di poche cose, paragonarono tra loro quelle, che per niun modo potevano consentire. Imperocchè bisogna che ne sien certe e manifeste moltissime, perchè si possano trascegliere quelle, che più tra loro convengano, affinchè niuna quasi a ritroso della sua forma sostituiscasi all'altra; e niuna avendo per così dire un aspetto solo, ma innumerabili, uno velato dall'altro, convien che sieno con accortezza ammirabile svelate tutte le qualità, che in ciascheduna si celano; perchè si possa perfettamente discernere quella, che l'una all'altra concorda. Quindi Aristotile dice (2), essere impresa di prode ingegno, ed accorto a drizzar sua mira, veder somiglianze in esseri, che più tra loro discordano.

(1) Plutarco nel Libro d' Iside e di Osiride.

(2) Aristotile della Rettorica lib. 3. cap. 11. e della Poetica cap. 22.

7. *Ut autem ingenio acuti, atque etiam ambitiosi sese ex iconibus ad paroemias et involucra tenebricosa contulerunt; ita mitiores animo, qui suavitate magis orationis quam aculeis delectabantur, ad apologos progressi sunt: et cum illi sententiarum reconditarum tenebris audientes implicarent; hi narratione facili sermone explicata jucunde tenebant ac leviter occupatos, dum iis non ferarum solum, sed et arborum congressus atque colloquia proponebant. Quo sane artificio id consecuti sunt, ut quod homini acerbum esset ac molestum in se suique similibus intueri, lubens oculisque irretortis perspiciat in iis, a quorum natura procul abest; ac interea dum ipsa cupiditate non repugnante in iis, quae longe distant a se, contemplatur exempla cupiditatis atque stultitiae, quid ex usu sibi in vita sit aliud agens intelligat. Sic accipiter apud Hesiodum* (1), *dum lusciniae illudit, quod etsi canora sit, in eam tamen vitae ac necis potestatem habeat, monet, imprudentem illum esse, qui cum potentioribus contendere velit; quippe quem, praeter ignominiam, acerbitates ac dolores omnes subire necesse sit. Praeter autem quam quod paratiora ista sunt, cum sit, ut Aristoteles animadvertit* (2), *res vere gestas invenire similes difficile, fictas autem excogitare facile ei, qui dispicere possit, quae similium conditio sit, quod ex philosophia promptum est; id habent praeterea commodi, quod cum doctoris sit nomen invidiosum, fabulae jucunditate praeceptorum acerbitas temperatur; ut consilium homines, quod a monitore aperte datum repudiarent, eo latente exhibitum amplectantur quasi sponte natum, aut eductum ab se tamquam opus suum, ut ait Maximus Tyrius* (3), *etiam ament. Quare Fabulator ille Phrygius, qui ut inquit Gel-*

(1) In Op. et Dieb.
(2) Rhet. l. 2. c. 20.
(3) Serm. 29.

7. Come poi gli uomini di acuto ingegno, e gli ambiziosi ancora, dalle figure a' proverbj e a' tenebrosi enigmi si trasportarono; così gli spiriti più mansueti, i quali più compiacevansi della dolcezza che della mordacità del parlare fecero passo agli apologhi; e mentre quelli involgevano gli uditori fra la caligine di sensi arcani, questi con novellette ornate a schiette maniere li trattenevano piacevolmente sponendo loro le conferenze e i colloquj, non pur de' bruti, ma delle piante eziandio. Con la qual arte sicuramente ottennero, che quanto all'uomo fosse increscevole e duro mirare in sè e ne' suoi simili, placido e ad occhio fermo ragguardi in esseri distanti a lui di natura, e mentre in oggetti, che non gl'irritano il cuore per essergli assai di lungi, gli esempj osserva della demenza e della cupidità, apprende intanto, a tutt'altro inteso, ciò che gli giovi a ben vivere. Così lo sparviere in Esiodo (1), nel dileggiar l'usignolo, perch'e' su lui, benchè siasi dolce soave gorgheggiatore, abbia ragione di vita e morte, ammaestrane, essere imprudentissimo chiunque prenda a cozzare co' prepotenti, sendogli forza, oltre lo scorno, inghiottire qualunque strazio ed acerbità. Oltracchè sono siffatti modi più acconci, essendo pur malagevole, siccome osserva Aristotile (2), ritrovar simili cose realmente operate, agevolissimo poi figurarle finte a chi pur sappia discernere le qualità delle simili, abilitandone a ciò la filosofia. Han di più tale comodità, che sendo odioso il nome di precettore l'acerbità de' precetti si raddolcisce con la giocondità della favola; talchè quegli uomini, i quali rigetterebbero una palese ammonizion pedantesca, l'abbraccian quasi spontaneamente nata, ove si occulti il maestro, o l'aman pure qual parto del proprio ingegno, siccome osserva Massimo Tirio (3), quasi di sè medesimi la

(1) Esiodo i Lavori e le Giornate.
(2) Aristotile della Rettorica lib. 2. cap. 20.
(3) Massimo Tirio Serm. 29.

tius (1), *non severe non imperiose praecepit et censuit, quae utilia monitu suasque erant, sed festivis apologis involuta in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induxit, non solum poetis aliis ab Appollonio praeferebatur apud Philostratum* (2), *quod ii corrumpant audientium aures, animosque magnis exemplis propositis inducant ad amores nefarios, et opum regnique cupiditatem; Aesopus autem fabuloso sermone oblato demonstret ex eo quid agendum omittendumve sit, ac de rebus non veris aliquid vere dixisse se plane indicet; verum etiam princeps ante septem illos, qui sapientes vocati sunt, a Lysippo sculptus stabat: ideoque laudatur id ab Agathia* (3), *quod illi severe et aspere praecipiant; ludens hic et jocose seria doceat, ac mentem sermone blando lenitam sanis consiliis imbuat.*

8. *At interea dum hi res salubriter animadversas apologis obtegebant, easdem alii tegumentis allegoriarum obscurarunt, quae non ex animantium moribus, sed ex aliarum rerum, quas cognoscebant, omnium proprietatibus contexebant, sive granditatem quamdam consectantes, sive metu aliquo inducti. Fiebat enim interdum, ut eorum, qui monendi essent, audacia ac potentia dicendi libertas omnis adimeretur. Sic Alcaeus cum Myrsilum, a quo crudeli dominatu Mitylenenses opprimebantur, aperte non auderet insectari; tyranni ac civium in locum tempestatem ac navem substituit, quae vento afflicta jam naufragium factura esset; ac dum navis obrutae fluctibus calamitatem queritur, servitutem patriae deflet, exagitatque libertatis oppressorem* (4). *Quae*

(1) Noct. Att. l. 2. c. 29.
(2) Lib. 5. de Vit. Appoll.
(3) Anthol. l. 4. c. 33.
(4) Heracl. Pont. in Alleg. Hom.

traessero. Onde quel Frigio Novellatore, il quale, al dire di Gellio (1), non gravemente, non autorevolmente spose e chiarì quanto fosse degno di avviso e consiglio, ma chiuso in giocondi apologhi negl' intelletti e ne' cuori lo insinuò con vezzo lusingatore degli animi, non solo agli altri poeti si preferia da Appollonio presso Filostrato (2), perocchè quegli le orecchie degli uditori corrompono, e con lo stimolo di grandi esempj spingono gli animi a scellerati amori e a brama d' oro e di regno, dovechè Esopo favoleggiando mostra che farsi o lasciarsi debba, e chiaramente additane qual verità sotto bella menzogna ascondasi; ma si ammirava scolpito ancor da Lisippo innanzi a' sette che furon detti sapienti: lo che espressamente lodasi da Agatìa (3), perchè quelli severamente ed aspramente ammoniscono, questi scherzando giocosamente gravissime cose insegna, e raddolcendo con blande parole il cuore l' empie di sani consigli.

8. Ma mentrechè con apologhi velavan questi utilissime osservazioni, altri offuscarono le medesime con inviluppi allegorici, tessuti non de' costumi degli animali, ma sì delle proprietà d' ogni qual altro oggetto più conoscessero; o che una certa grandezza li seducesse, o che una qualche paura li consigliasse. Poichè talvolta avveniva che l' ardimento e la forza di chi doveva ammonirsi togliesse ogni libertà di parlare. Così non osando Alceo (4) palesemente lacerar Mirsilo, che travagliava i Mitilenesi con barbara signorìa, simboleggiò il tiranno ed i cittadini con la tempesta e una nave; e mentre deplora il legno già soperchiato dall' onde piagne la schiavitù della patria, e lacera l' oppressor della libertà. La qual maniera, forse dapprima ispirata dalla necessità, si usò dappoi per vaghezza,

(1) A. Gellio Notti Attiche lib. 2. cap. 29.
(2) Filostrato lib. 5. nella vita di Appollonio.
(3) Antologia lib, 4. cap. 33.
(4) Eraclide Pontico nelle allegorìe di Omero.

cum res esset instituta primo necessitatis forte caussa, deinceps propter delectationem, atque etiam ostentationem ingenii frequentata est. Sed cum primo rei cujuspiam pervagatae imagine inducta veritas ita celaretur, ut pellucere facile posset; ea sensim opinionibus falsis ita quasi incrustata latere coepit, ut ne suspicarentur quidem ineruditi subesse cortici illi quidquam, ac rei signum pro re ipsa sumerent, in eoque subsisterent. Quam ad rem mira consensione conspirarunt vulgus ipsum, philosophi, ac philosophis poetae succenturiati, quibus interjectis conjunguntur inter se contemplatores actoresque rerum. Nam ut fabulae sunt, ut ait Maximus Tyrius (1), *mediae scientiam inter et inscientiam, ita qui potissimum spartam hanc ornandam sibi susceperunt, commune doctorum atque imperitorum vinculum habendi sunt; quippe qui sapientiam, cujus ad adyta penitiora pertrahi vulgus non potest, in conventibus hominum frequentissimis versari personatam, ac saepe in scena histrioniam facere coegerunt.*

9. *Ac vulgus ineptum quidem ad ea, quae, plane ut intelligi possint, a sensuum consuetudine mentem abductam postulant, ad ea vero mirifice propensum, quae speciem aliquam ad sensus movendos accommodatam habent, novam subinde comminiscendi caussam attulit hominibus, qui populo vel ostentare se, vel duces ad meliora esse vellent. Quare levitate et inscitia multitudinis audaciores facti, qui sapientiae laudem affectarent, quidquid erat in vulgus proferendum, convestitum id exhibebant imagine aliqua sensibus objicienda. Philosophis autem utilissima fuere et opportunissima integumenta haec ad ea omnia ornanda, quae sibi de rerum universa natura finxerant. Postquam enim ingenio freti quidam majores nido pennas extenderunt, et a rerum formis,*

(1) Serm. 29.

ed anche a pompa d'ingegno. Ma dove imprima sotto la forma di alcuna cosa ordinaria così celavasi la verità, che di leggieri ne trasparisse; incominciò appoco appoco, quasi incrostata di false immagini, ad occultarsi in guisa che gl'imperiti non sospettavan pure di oggetto ascoso in quella vana corteccia, e per la cosa prendeano il simbolo della medesima, e in esso lui s'arrestavano. Al quale effetto concorsero con ammirabile accordo il volgo stesso, i filosofi, ed a' filosofi i succeduti poeti, pe 'l tramezzarsi de' quali gli osservatori e gli operatori si uniscono delle cose. Perciocchè come le favole, per quanto Massimo Tirio afferma (1), sono tramezzo alla scienza ed alla ignoranza; così coloro, che si applicarono con ogni cura a trattarle, debbono aversi come un legame comune de' dotti e degl'imperiti; essendo essi, che astrinsero la sapienza, i cui penetrali sono inaccessibili al volgo, a conversar mascherata nelle assemblee degli uomini più numerose, e spesse volte a prodursi in abito di comediante in iscena.

9. E veramente il volgo inettissimo a quegli oggetti, che per essere intesi vogliono mente astratta da' sensi, mirabilmente però disposto a quelli ch'abbian qualità proprie da porre i sensi in ardore, diede motivo di tratto in tratto d'immaginar cose nuove a quegl'ingegni, che amassero brillare agli occhi del popolo, o trarlo ad usi migliori. Per lo che, presa baldanza dall'imperizia e leggerezza del volgo quanti brigavansi credito di sapienza, qualunque oggetto dovesse proporsi al volgò, lo presentavano a lui vestito di alcuna forma invievole per i sensi. Furono poi molto utili ed opportuni tai velamenti a' filosofi per onestare quelle opinioni, che immaginate s' erano della natura universal delle cose. Imperocchè poichè alcuni, forti d'ingegno, mosser dal nido con ali già vigorose, e dalle immagini

(2) Massimo Tirio nel cit. Serm. 29.

quae patent expositae sensibus, ad earum naturam intimam abditamque provecti sunt; mira sese portenta de rerum universitatis hujusce caussis ordine constitutione somniantibus obtulerunt. Ac primo quidem naturam omnem, quod facillimum fuit in obscuritate tanta, diviserunt in res duas, quarum altera, ut verbis utar Tullii (1), *efficiens esset; altera autem quasi huic se praebens, ea, quae efficeretur aliquid. In eo quod efficeret, vim esse censebant; in eo autem quod efficeretur, materiam quamdam; in utroque tamen utrumque: neque enim materiam ipsam cohaerere potuisse, si nulla vi contineretur, neque vim sine aliqua materia. Deum porro vel universum ipsum appellabant, vel vim seu mentem in omnia fusam, ac varia sub imagine rerum latentem. Ex hoc fonte sua illa sumpsit Aschylus* (2) *quod cum*

Et terra et aether et poli arx est Iuppiter,
Et cuncta solus;

sententia prima concinit: quodque posteriori congruit:

Sejunge ab omni sorde mortali Deum.
Ignotus ille est : nunc ut implacabilis
Apparet ignis; nunc tenebris, nunc aquae
Par ille cerni; simulat interdum feram,
Tonitrua, ventos, fulmen, ignes, nubila.

Fusam autem per omnes mundi partes esse mentem arbitrabantur eo plane modo, quo per corpus omne nostrum fusam animam existimabant, quae per ossa ac nervos pertinet tamquam habitus, per principale vero tamquam mens. Nam mundi mens, aut purissimus aether in ea, quae sunt in aere, in animantes ac stirpes omnes permanare cum sensu conjunctus, terram autem ipsam permeare tamquam habitus a Possidonio credebatur apud Diogenem Laertium (3). *Et Epicharmo quidquid vitae compos est,*

(1) L. 1. Quaest. Acad.
(2) In Exc. Grot.
(3) L. 7. S. 139.

delle cose, che aperte spiegansi a' sensi, alla interiore ed astrusa natura loro innalzaronsi, strani portenti si presentarono a' sognatori sopra le cause, l'ordine, e la struttura dell'universo. E prima, ciocchè fu in tanta oscurità facilissimo, in due sostanze divisero la natura, talchè una fosse, per adoprar le parole di Cicerone (1), efficiente, l'altra poi, quasi alla efficiente prestantesi, effettuata. Nell' efficiente credevan essere la potenza; una materia poi nell'effettuato; ma e questa e quella in entrambi: chè nè la materia stessa avrìa potuto accozzarsi senza una forza vincolatrice, nè senza materia niuna esercitarsi la forza. Chiamavano dunque Iddio o l'universo stesso, o una potenza, oppur mente, diffusa in tutte le cose, e sotto la varia immagine delle cose occultatensi. Da tal principio ritrasse Eschilo (2) quelle espressioni

E terra ed aere e cielo e firmamento,
E s'altro v'ha nell'universo, è Giove;

lo che alla prima sentenza accordasi, e consuona con la seconda:

Non confondere Iddio con mortal cosa,
Nè a lui caduca qualitade apporre.
Ei si cela al tuo sguardo: impetuoso
Orribil fuoco ora si mostra, or veste
Delle tenebre il velo, or d'acqua prende
Sembianza; talor ha di fiera aspetto,
Di nuvola, di turbine, di vento,
Di saetta, di folgore, di tuono.

Pensavan poi che una mente per ogni parte del mondo si diffondesse, in quella maniera che giudicavano la nostr'anima sparsa per tutto il corpo, la qual per

(1) Cicerone Questioni Accademiche l. 1.

(2) Lo Stellini *riferisce questa sentenza di* Eschilo *secondo la versione poetica datane in latino dal* Grozio *nella già citata Raccolta Groziana. Io nel recarla in versi italiani ho procurato di adattarla più all' originale che alla traduzione. Di qui nasce la varietà, che si può incontrare, nella espression de' concetti.*

mente etiam praeditum videbatur (1). Pythagoras, quidquid caloris particeps est, vitae item esse, atque ideo plantas esse animantes opinabatur (2); quae Democriti fuit et Platonis sententia (3); easque sensu cupiditate tristitia voluptate permoveri ajebant Anaxagoras et Empedocles (4). Immo vero multi, ut est apud Porphyrium (5), Deorum et hominum rationem, quemadmodum ceterarum animantium non re differre inter se, sed gradibus tantum quibusdam existimabant; ut in eodem genere altera perfectior esset, altera deterior: ex quo factum est, ut idearum serie ducti quadam hominem rerum universarum quasi medium statuerent, in quem aucta vel imminuta desinese possent omnia. Quare cum materia, quam variis nominibus appellata vis permeat, assiduo motu cieatur, inter eas naturae mutationes, fieri subinde posse censebant ex omnibus omnia; quam ad rem nihil aliud necesse erat, quam ut aliquid ab altero secerneretur, aut ad alterum accederet. Hinc ex hominibus Deos, ex Diis homines eduxerunt; eosdemque hos in belluas et stirpes et saxa converterunt. Hinc Empedocles apud Aelianum (6) bigenera quaedam elicuit, et in unum corpus natura duplici coalita. Hinc demum effudit se metempsychosis illa, quam ex Aegyptiorum faecibus haustam Pythagoras nobilitavit (7). Namque ajebant hi mirasse in bovem Osiridis animam, a quo deinceps in posteros transfusa est, referente Diodoro; teste vero Aeliano (8), crocodilum Heliopoli-

(1) In Ex. Gr.
(2) Diog. Laert. l. 8. S. 2°.
(3) Plut. in Quaest. Plat. Clem. Alex. l. 8. Str.
(4) Arist. l. 1. de Plant.
(5) Porphyr. de Abst. l. 3.
(6) Hist. Anim. l. 16. c. 29.
(7) Diod. Sic. l. 1.
(8) Hist. Anim. l. 10. c. 21.

l'ossa e pe' nervi diramasi come abito, tiene al principio poi come mente. Perciocchè presso Laerzio (1) credeasi da Possidonio, che l'anima dell'universo, o il purissimo etere si diffondesse col senso in quanto esiste nell'aria, negli animali, e in tutte le piante; nella medesima terra poi siccome vitale abito s'internasse. E ad Epicarmo pareva che avesse mente qualunque cosa vitale (2). Pitagora giudicava partecipar della vita chi di calore partecipasse; e perciò essere le piante ancora animate (3); la qual fu pur di Democrito e di Platone sentenza (4); ed affermavano Empedocle ed Anassagora, essere anch'esse mosse dal senso, dall'appetito, dalla melanconìa, dal piacere (5). Anzi poi molti estimavano, come ne attesta Porfirio (6), che la ragion degl'Iddii e degli uomini, siccome d'ogni animale, non differisse tra loro per la sostanza, ma solamente per certi gradi; talmentechè l'una fosse in un medesimo genere più perfetta, l'altra inferiore: dalla qual cosa avvenne, che strascinati da una catena d'idee statuirono, l'uomo essere quasi di tutte le cose un centro, in cui pur tutte o accresciute o diminuite potessero terminarsi. Per lo che la materia, per cui la potenza penetra con varj nomi appellata, essendo spinta da un movimento continuo, credean fra tali commovimenti della natura potersi tutto consecutivamente di tutto fare; pe 'l quale oggetto null'altro si richiedeva, se non che una cosa si disunisse da un'altra, ovveramente ad un altra si approssimasse. Quinci cavarono gli Dii dàgli uomini, e gli uomini dagli Dii; e in bestie, in alberi, e in sassi

(1) Diogene Laerzio lib. 1. partiz. 139.
(2) Epicarmo nella cit. Raccolta Groziana.
(3) Diogene Laerzio lib. 8. partiz. 28.
(4) Plutarco nelle Questioni Platoniche.
(5) Clemente Alessandrino Strom. lib. 8., Aristotile delle piante lib. 1.
(6) Porfirio dell'astinenza lib. 3.

tae propterea oderant, quod putarent hujus indutum specie Typhonem Osiridis interfectorem.

10. *Arripuerunt haec avide poetae, ex iisque tamquam principiis metamorphoses suas, et formas Deorum varias, quibus induti peragrare omnia solerent, ut virtutes hominum ac vitia inspicerent, quasi consectaria deduxerunt. Quas enim rerum mutationes ab aeterno rerum ordine sese subinde explicante prodire temporibus statis philosophi arbitrabantur, poetae has, quandocumque liberet aut opus esset, inferebant in rerum naturam arbitratu suo; qua in re nihil effici ab iis aliud oportebat, quam ut apte collocatae apparerent occasiones et caussae illae, quibus eventus quisque necessitate quadam alligatus esset. Hae vero saepe arcessebantur ab aliqua perturbatione animi, seu virtute ac vitio; quippe quae putarentur ad homines a pravis absterrendos, honestisque studiis imbuendos aptissimae. Sed cum ii, qui miracula consectabantur, ut essent populo admirabiliores, temere coacervarent, et importune obtruderent omne formae mutatae genus; portenta haec amiserunt fidem, et inter ea spectra numerata sunt, quibus imaginatio oblectari, mundusque poeticus ornari posset, actionum motuum ac formarum accessione subinde variatus.*

questi medesimi trasformarono. Quinci presso Eliano (1) Empedocle trasse alcuni esseri generati da due dissimili spezie, e in un sol corpo con doppia natura uniti. Quinci finalmente si propagò quella metempsicosi, cui tratta dalle immondezze egiziane Pitagora nobilitò (2). Poichè asserivan gli Egizj l'anima di Osiride esser passata in un bue, dal quale poscia ne' posteri si trasfondesse, giusta la relazion di Diodoro; secondo poi la testimonianza di Eliano (3), intanto gli Eliopoliti odiavano il coccodrillo, perchè credevano che quella forma vestito avesse Tifone uccisor di Osiride.

10. Afferrarono avidamente tali opinioni i poeti, e non altrimenti che di principj trasser di quelle quai corollarj le loro trasformazioni, e le varie forme onde vestiti gl'Iddii usavan cercare ogni angolo dell' universo per riconoscere le virtù e' vizj degli uomini. Perciocchè quelle trasmutazioni di cose, che si credeano i filosofi a tempo certo uscir dell' ordine eterno dell'universo a grado a grado spiegantesi, a lor piacere i poeti nella natura medesima le intrometteano, qualor vaghezza o bisogno li stimolasse; nel che null'altro si conveniva far loro, se non che poste opportunamente apparissero quelle occasioni e cagioni, cui ciaschedun evento congiunto fosse di qualche necessità. Queste di vero si mendicavano spesso da qualche alterazione dell'animo, o d'alcun vizio o virtù, perchè avevansi come i più proprj argomenti da ingenerare negli uomini spavento ed odio pe' torti affetti, e riempierli di sentimenti onorati. Ma temerariamente ammassando, e spacciando opportunamente trasformazioni di ogni maniera, que'che cercavan miracoli per mostrarsi più venerabili al volgo, tali prodigj perderon fede, e annoveraronsi tra que' fantasmi, di cui si può la fanta-

(1) Eliano Istoria degli animali lib. 16. cap. 29.
(2) Diodoro Sicil. Istoria lib. 1.
(3) Eliano Istoria degli Animali lib. 10. cap. 21.

11. *Interea vero dum hi sapientiam larvis ejusmodi circumvestiebant, ut esset multitudini spectabilis, ejusdem particulam aliquam alii decerpserunt, et, brevi quopiam acutoque dicto conclusam obtulerunt. Effata haec vel observatione diuturna ex ipsa natura rerum arrepta, vel meditando ex notionibus in mente asservatis expressa plurimum auctoritatis habent, tum propter verborum pondus et gravitatem, quibus devincta sunt, tum propter foecunditatem ipsorum, et accommodationem ad multos vitae casus facilem et expeditam. Concisa vero brevitas eorumdem efficit, ut ab indoctis etiam aut occupatis nullo negotio ediscantur, et praesto ad nutum animo ubique sint. Quare multitudo imperita crebrius iis utitur, ex iisque fere de rebus bonis ac malis judicat. Ista profecto tanti fecit antiquitas, ut inscriberentur templorum foribus, et in edendis oraculis adhiberentur; vel quia propter vetustatem auctor interdum ignorabatur, annumerarentur pronunciatis iis, quae a natura ipsa hausta, et communi aetatum omnium ac gentium consensu comprobata sunt. Quamobrem ea pueri ediscebant, ut eisdem uterentur aetate corroborata, quemadmodum ait Aeschines oratione contra Ctesiphontem.*

12. *At hucusque nihil erat certa ratione ac via de moribus definitum, quia nondum satis ad id parata mens erat, vel qui potuissent id maxime efficere, sese ad aliarum artium studia contulerunt, atque de vita regenda aut omnino non cogitarant, aut si quae meditati essent, ea symbolice ediderant. Quare praecepta morum aliud erant nihil, quam vel collectanea quaedam indigesta commode breviterque dictorum; vel historiae naturalis omnimode interpolatae consectaria ad mores traducta; vel antiquorum facta præclara, quæ aut hymnis compre-*

sia dilettare, e ornare il mondo poetico, variato poi coll'accrescimento di azioni, di movimenti, e di forme.

11. Mentre però che questi di larve tali coprivano la sapienza per farla più ragguardevole al popolo, altri qualche particola ne divelsero, e chiusa in breve ed acuta massima la proposero. Siffatte massime, o perchè tratte dalla natura medesima delle cose per una osservazione diuturna, o perchè espresse con la meditazione dalle nozioni serbate nell'intelletto, hanno grandissima autorità, sì per la gravità ed il peso delle parole che le restringono, come per la loro fecondità e per lo agevole e libero adattamento loro ad assai casi del vivere. La stretta brevità loro fa veramente, ch'elleno apprese pur sieno dagl'imperiti e sfaccendati egualmente, e pronte accorran ovunque ad ogni cenno dell'animo. Per lo che il volgo ignorante si val di loro frequentemente, e d'ordinario da quelle giudica il bene e il male. Se l'ebbe certo in tal conto l'antichità, che scolpiansi agl'ingressi de' santuarj, e adopravansi a pronunziare gli oracoli; o perciocchè talvolta se ne ignorava per la vecchiezza l'autore, si noveravan tra que' principj, che attingonsi dalla natura medesima, e a cui dà peso il concorde assenso delle nazioni e de' secoli. Onde i fanciulli apparavanle per poi giovarsene in ferma età, siccome asserisce Eschine nell'arringa contro di Tesifonte.

12. Ma nulla s'era sin qui con certa ragione e regola sopra i costumi determinato, perchè non era la mente per anco pari a tant'opera, o perchè, quelli che avrebbero principalmente potuto farlo s'erano agli esercizj d'altri mestieri applicati, e o niuna cura essi posero sulla maniera del vivere, o se pur tolsero a meditarla non presentarono che opinioni espresse in forme allegoriche. Per la qual cosa le regole de' costumi non eran altro che o un'indigesta massa di brevi e facili detti; o corollarj di naturale istoria raffazzonata in ogni maniera applicati alle costumanze; o

hensa inter epulas canebantur, aut admixta cæremoniis Deorum populo propinabantur, aut exaggerata figmentis in scena spectanda proferebantur. Tandem Socrates extitit, qui forte incidit in ea tempora, quibus erant Atheniensium mores luxu perditi et omni flagitio inquinati: Sophistarum autem arrogantia verborum lenociniis tendiculisque freta dominabatur; adolescentes consuetudine vitæ quotidiana corruptos artibus iis imbuebat, quibus in summa rerum inscitia multitudini fucum in concione facerent; ac reipublicæ gerendæ scientiam omnem terminabat ambitu quodam verborum, atque splendore sententiarum, quæ accomodari ad omnia æque poterant, aut inani lactabant spe multitudinis animos. Quapropter is philosophiam a rebus occultis, ut ait Cicero (1), *et ab ipsa natura involutis avocari, et ad vitam communem adduci oportere censuit; eamque propterea devocavit e cælo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coegit de vita et moribus, rebusque bonis et malis quærere; vitæ præcepta quæ disjecta vagabantur, in ordinem quemdam redegit; virtutum notiones obscuras definiendo illustravit; confusas atque implicatas partiendo distinxit et expedivit; ignotas inductione rerum similium investigavit, aliisque ad investigandum viam explanavit. Hinc Themistius* (2) *eleganter ait, philosophiam sparsim habitantem ab eo contractam in unum fuisse, quemadmodum Athenas a Theseo.*

13. *Quanta scientiæ morum obscuritas esset ac ignoratio, ex iis manifestum est, quae sunt a Platone disputata in dialogis ethicis. Nondum enim constitutum erat, quæ vis esset ac natura virtutis, cujus in Menone pervestigatio instituitur. Nondum*

(1) Tusc. Quaest. I. 3.
(2) Ort. 15.

gest e illustri de' trapassati, le quali o rinchiuse in inni cantavansi fra le mense, o propinavansi al popolo meschiate a' riti divini, o contraffatte di favole si produceano a spettacolo sulle scene. Comparve Socrate finalmente, il qual s'abbattè per sorte in que' tempi, che rovinati i costumi degli Ateniesi dal lusso eran guasti d'ogni lordura: l'arroganza poi de' Sofisti, forte d'inganni e lenocinj rettorici, signoreggiava; ammaestrava i giovani già corrotti dagli ordinarj usi del vivere in quelle arti, per cui potessero nella ignoranza massima delle cose ammaliare il popolo in parlamento, e richiedeva tutta la scienza in un girar di parole e di concetti splendidi comodamente adattabili ad ogni assunto, o di ventose speranze pasceano il cuore del popolo. Per lo che Socrate, siccome affermane Cicerone (1), pensò doversi distrar la filosofia dagli arcani gelosamente nascosti dalla natura medesima, ed applicarla al governo della repubblica; quindi ei la trasse dal cielo, e la pose nelle città, e la introdusse ancor nelle case, e a meditar l'obbligò sopra la vita e i costumi e le buone e malvage cose: raccolse in un certo ordine gli ammaestramenti del vivere, che vagavano dissipati; illustrò definendoli i tenebrosi caratteri delle virtù; i complicati e confusi sbrogliò partendoli e dichiarì; investigò gl'ignoti con la induzione de' simili, e mise gli altri in cammino d'investigarli. Quindi elegantemente dice Temistio (2) che, quale Atene da Teseo, fu in un sol luogo da lui raccolta la sparsamente abitante filosofia.

13. Quanta ignoranza, qual bujo la scienza de' costumi ingombrasse, chiaro è da ciò, che ne disputa nelle morali sue conferenze Platone. Poichè non erasi ancora determinato qual fosse e la natura e il valore della virtù; lo che si prende a rintracciare nel Menno-

(1) Cicerone Questioni Tusculane lib. 3.
(1) Temistio Orazione 15.

erat definitum, quibus inter se notis secernerentur justum et injustum, quæ primo et secundo de Republica perquiruntur. Quid sanctum esset ac pium, omnino non fuisse ante Socratem indagatum ex Euthyphrone discitur. Qua ex inscitia factum est, ut qui se docturos omnia profitebantur, etsi nihil omnino scirent, inanibus gerris pondus facile dare possent, cum nemo alius haberet quidpiam intelligentia comprehensum, a quo Sophistarum araneæ disjicerentur. Neque vero solum res ipsas ignorabant, sed rationem etiam ac viam, qua rerum cognitio certa iniretur, latuisse eos prorsus ex eodem Platone perspicuum est. Nam, ut est in Phædro, nihil aut mente intelligi aut oratione explicari potest, nisi quæ passim dispersa sunt, ad unam formam quamdam redigantur, ut omnia, quæ ratione aliqua conveniunt inter se, definitio una complecti queat; ac vicissim quae coacta in unum sunt, in partes gradatim tribuantur, ut evolvi singula distincte possint. Ac rursus in Philebo, quoniam, inquit Socrates, quae semper sunt, unum ac multa sunt, et innatum habent terminum quemdam ac simul infinitum; ea ut inquiramus, atque alios doceamus, invenienda primum est forma illa, qua continentur omnia; quae cum inventa sit, recensenda porro singula sunt, ut non solum sciamus unum et multa et infinita esse, sed et ea multa quot sint; neque multis eisdem ideam infiniti prius adjungamus, quam eorum omnium, quae interjecta sunt inter unum et infinitum, habeamus numerum plane perspectum. Quod eo recidit, ut quia genus est unum, generi vero subjectae species multae, et singularia, quae subjiciuntur his, infinita sunt; antequam ad singularia descendamus, generis inventi species gradatim omnes lustrandae nobis ac percensendae sint. Ut autem ibidem est, qui tum sapientiae laudem captabant, interposita transilientes, ab uno continuo pergebant ad infini-

ne. Non s'era ancor definito per quai caratteri fra loro il giusto e l'ingiusto si dipartissero; le quali cose nel primo cercansi e nel secondo colloquio su la Repubblica. Che innanzi a Socrate mai non si fosse indagato qual cosa aversi per santa e pia, l'apprendiamo dall'Eutifrone. Per la quale ignoranza avvenne, che quelli che professavano d'insegnar tutto, quantunque nulla assolutamente sapessero, poteano comodamente a vane ciance dar peso, niun altro avendo così fornito l'ingegno da scompigliare le reti fragili de' Sofisti. Nè già le cose ignoravano solamente; ma ne fa chiari Platone stesso che non sapesser neppure il tenore e il mezzo da conseguirne sicura e limpida conoscenza. Imperocchè, siccome afferma nel Fedro, niente può stringersi con l'intelletto, o svolgersi col discorso, ove le cose qua e là disperse in un ordine non si raccolgano, affinchè possa una sola definizione abbracciarne quante fra loro per alcun modo concordano; e vicendevolmente ove le cose raccolte insieme gradatamente non si dimembrino in parti, perchè si possa spiegare ognuna distintamente. Ed oltracciò nel Filebo, poichè, dice Socrate, quelle cose, che sempre sono, sono una e molte, ed hanno un certo natural termine e insieme han corso infinito; per indagarle adunque e insegnarle agli altri è mestieri primieramente, che rintracciam quella forma, nella qual tutte contengonsi; la qual trovata, si denno poscia ricorrer tutte, perchè non solo sappiamo essere quelle insieme ed una e molte e infinite; ma quante ancor quelle molte sieno; nè ad esse molte l'idea dell'infinito adattiamo primachè ci sia noto evidentemente il numero di tutte quelle, che fra l'uno e l'infinito frappongonsi. Lo che vuol dire, che essendo il genere uno, più poi le spezie al genere sottoposte, ed infiniti gli oggetti individuali che sottopongonsi a queste spezie, debbesi prima di scendere a' singolari considerare gradatamente e percorrere tutte le

tum ; quae longe distabant inter se, ut est in Politico, cogebant in unum similia rati, cum debuissent tum demum quae cognata sunt includere finibus unius ejusdemque generis, ubi dissimilitudines, quae in partibus essent, omnes exploravissent. Quare in Sophista aperte dicitur iis haud innotuisse artificium usumque divisionis, quod in caussa fuit, ut verborum inopes essent. Nam quo notiones magis involutae sunt, eo pauciora signa postulant, quibus enunciari possint: quo sunt partitae distinctius, eo vocabulorum copiam uberiorem augeri necesse est, ut sua cuique nota tribuatur, qua, cum efferenda est, internosci queat. Nihil igitur sanum, nihil enucleatum ab iis expectari poterat, qui neque veritatem assecuti erant, neque viam tenebant, qua veritas inquirenda est; artemque disserendi et dicendi, qua se magnifice efferebant, nugis meris et inani verborum strepitu definiebant. Quorum ut factum Socrates retunderet, sapientiam eam, qua vere unus excellebat, celebri illa dissimulatione sua contegendam censuit, ne quos eo volebat adducere, ut se nihil omnino scire cogerentur fateri, prius averteret a congressu suo, quam alacres effudissent scientiam omnem, qua maxime confidebant, eamque nullam esse interrogationibus hominis erudiri volentis irretiti intelligerent. Praeterea cum esset eloquentissimus, artemque dicendi docuisset primus, ut est apud Diogenem Laertium, humili neglectoque sermone utebatur, ut Alcibiades ait in Convivio Platonis; ut quorum se discipulum simulabat, iis animos adderet ad expromendam audacius eloquentiae suppellectilem eam, in qua se ostentabant, et cum fallaces illae quasi merces essent omnes productae, suis ipsis indiciis earumdem inanitas proderetur. Quare nihil afferens ipse de suo, sed ea, quae adversarius dederat, in partes omnes versans, eo demum sensim progrediendo compingebat illum, ut quae paullo ante confi-

spezie del genere investigato. Ma quelli, come pur ivi avvertesi, che allor brigavano credito di sapienza, oltre saltando i frapposti oggetti, dall'uno ratti passavano all'infinito; raccoglievano in una forma, siccome s'ha nel Politico, simili reputandole, cose fra loro discordantissime, dovechè avrebbon dovuto stringere dentro un medesimo genere cose fra loro affini, dopochè avessero tutte esplorate le discrepanze, che fossero nelle parti. Per lo che chiaro affermasi nel Sofista, aver essi l'ingegno e l'uso della divisione ignorato, onde avvenne che fosser poveri di parole. Perciocchè quanto più sono ravviluppate le idee, vie meno segni per ispiegarsi addomandano: quanto più sono distintamente partite, tanto è mestieri che più s'accresca la vena delle parole, perchè a ciascheduna idea proprio segnale s'apponga, per cui discernasi nell' annunziarla. Nulla poteasi adunque sperar di saggio, nulla di chiaro da quelli, che nè raggiunta avevano la verità, nè conoscevano i mezzi da rintracciarla; e riducevano l'arte del disputare e del dire, onde cotanto si pompeggiavano, a mere baje ed a vanissimo strepito di parole. Per intuzzare il fasto de' quali uomini giudicò Socrate doversi quella sapienza, della quale era ei solo veracemente maestro, velar con quella sua celebre dissimulazione, per non respingere da' suoi colloquj quanti volea costrignere a confessare di null'affatto sapere, prima che avessero a piena bocca versata tutta la scienza, nella qual più si fidavano, ed invescati dalle interrogazioni di un uomo, che sol bramasse istruirsi, ben comprendessero non esser ella che vanità. Perciò eloquentissimo essendo, e avendo insegnato il primo, come ne attesta Laerzio, l'arte del ragionare, usava umile e disadorna orazione, secondochè nel Convito di Platone afferma Alcibiade, per animare coloro, di cui fingeasi discepolo, a cavar fuori più arditamente quella, di cui si boriavano, suppellettile di eloquenza, e dopo avere sfoggiate tutte siffatte merci di bella mostra

denter asseverarat, ea defendi non posse confiteretur. Sed interea dum serviens tempori conferebat operae plus ad aliena convellenda, quam astruenda sua, visus quibusdam est docuisse magis quid esset in rebus dubium, quam quid certum ac verum; et concessisse magis, quam confirmasse fundamenta veri ac boni. Quod ansam Aristophani (1) *dedit ad illum insimulandum, quasi revocaret in dubium ea, quae certissima sunt, ac vera esse magni nostra refert: ac tantum in re quaque verisimilitudinis esse contenderet, quantum ei quis adjungere callide posset orationis fuco et fallaciis. Quamobrem eorum antesignanum invidiose vocat, qui sese in potestate habere gloriabantur sermonem utrumque, superior qui dicitur, et inferior, qui videlicet rebus eisdem veritatis aeque ac falsitatis colorem inducere potest. Verum etsi, ne a proposito suo discederet, Socrates affirmaret nihil; quaerendo tamen, et evellendis opinionibus a ratione alienis efficiebat, ut quid esset summum bonum, quae naturae hominum suas in facultates dispertitae responderent virtutes ac vitia, facile quisque colligeret.*

14. *Hisce institutis, quasi classicum cecinisset, ad excolendam morum philosophiam admirabiliter excitavit hominum studia: sed cum nova potius adinvenisse, quam inventa didicisse, vel absolvisse inchoata videri quisque vellet, miseris eam modis saepe deformarunt, ac novas indemtidem formas induere coegerunt. Nunc enim caperata fronte, barba horri-*

(1) In Nub.

